



~~_____~~ 70

PROPO Quid. In arte amandi.

Cum ubi sunt fur, fur clasit lacros

Cumq; p[ro]hibi su iura iuris p[ro]is

unde dicit lascivus nescio
quid sit iuris
Ovidii de amore

videtur lascivus nescio
nescio quid sit iuris

oo

oe

[Large blue ink scribbles]

[Faint handwritten notes]

gradum...
Et in meo exhortationem &

gradum suasionem...
Suasio probatombus docet
Exhortatio stimulis excitat
Suasor sententiam mutat
Exhortator vim addit

Exhortator caritate
Contradictor

Arrige
contradictor

Exhortor

Andorighiz

Exhortor in dno
Exhortor in spiritu

Arrige aures Pamphile

Arrige aures Pamphile



A. C. A. Brest
hapt



71 Ouid. de ponto. lib. 2. v. 2.

Confugit interdū templi violator ad aram
Nec patrem offensusi nūquid horror est
Dixit hoc aliq̄s int̄ non est, futurum,
Sed non q̄ placidas et nova nūquid aquas
Tuta potat aliq̄, fortuna miserrima tua
Nam hinc est cur̄ly det̄ionis abest
Qui rapit̄ falsis, qd̄ p̄ter̄ futura requirit
Porrigit ad sumas dur̄q̄ saxa manū.

Ibidē

Non ē confossi ea m̄m̄d̄ ū r̄i

Ibidē de r̄a, r̄i.

Sed placid̄ f̄n̄ch̄ q̄ p̄ar̄s, r̄m̄ic̄q̄ p̄m̄ic̄q̄
Et q̄ fulm̄in̄o s̄c̄p̄o s̄m̄o ign̄s ton̄s
Qui cū m̄is̄t̄ aliq̄d̄ p̄m̄is, f̄t̄ r̄is̄t̄ r̄ īp̄o
Cuiq̄ f̄r̄o p̄m̄a s̄m̄m̄o p̄m̄is s̄m̄o

Ibidē P P

Difficilis ē futur̄ sed t̄d̄es in̄ ord̄n̄e l̄īq̄
Et r̄ub̄ m̄is̄t̄i ḡr̄a m̄m̄o m̄p̄.

Ibidē

Ign̄s f̄r̄o, h̄m̄o r̄m̄p̄r̄q̄ ū f̄r̄m̄.

...m̄is̄t̄i ḡr̄a m̄m̄o m̄p̄...




ΝΙΕΥΑΥΟΙΑ ΔΥΝΟΙΣ ΔΥΣΟΧΗΜΑ ΠΑΥΔΑΙΡΕΙΟΡ
Amentia hominibus spontaneum est infelicitium

M. T. CICE

RONIS EPISTO

larum libri tres, à Ioanne

Sturmio puerili educatio-
ni confecti.



ARGENTORATI IN AEDIBVS
Vendelini Ribelij. M. D. XXXIX.

Ille se profecisse sciat, cum Cicero valde
placet. Fabius lib. X

MATHEMATICA
ARITHMETICA
ALGEBRA
GEOMETRIA
COSMOGRAPHICA



ARGENTORATI
Venerabilis



Ioan. Sturmíus Iacobo Sturmíus
mio fratri. S.

Audiisti saepe, ut memini, ex me Iacobe frater, studiorum nostrorum finem rerum cognitionem, et orationis elegantiam esse debere. Rerum etiam doctrinam, sine sapientia religionis minimum prodesse: et dicendi rationem absque optimorum scripturarum assidua lectione atque artificiosa imitatione non comparari talem, qualem desideramus. Itaque saepe numero dixi, si meministi, ad religionem pueros excitandos esse, et proponendum illis in scholis Ciceronem, quorum altera mentem, alter linguam optime possit informare. Sed habenda ratio est, in educatione linguae non solum aetatum, sed etiam uirium et ingeniorum. Ab epistolis, principium recte sumi potest, si deligantur quae argumento faciles sunt, et sunt rerum non ignotarum, atque huiusmodi uerborum, quae in nostra manserunt consuetudine. Hanc rationem ego in hisce tribus libris conficiendis secutus sum, neque artificiosissime, neque sapientissime scriptas epistolas delegi, sed quae a pueris intelligi possint, et haberent nostrae consuetudinis uerba, et sermonis quotidiani sententias earumque formas, nobis quidem non usitatas, sed tamen apertas, et elegantes et doctas. Hos ego ad te mitto, quo uideas me in eadem adhuc esse sententia,

Studiorum finis?

in qua fui olim. Amabo te mi optatissime frater per-
ge porro in hoc literarum curriculo progredi. Au-
dio nihil de studijs tuis, absum procul, metuo ualde,
cum cogito posse fieri, ut non meis optatis & patris
expectationi satisfacias. Expecto literas tuas, ut in-
telligam tum quantum profeceris, tum quan-
tum de te possimus deinceps sperare.

Vale. Argentinae tertio Calen-

das Febru. Anno

1539.

LIBER PRIMVS.

MARCVS
TVLLIVS CICERO

Terentiae salutem plurimam dicit.

Famil. lib. 14. Epist. 22.

SI uales bene est, ego ualeo. Nos quotidie tabella *Nunciatoria*
rios uestros expectamus, qui si uenerint, fortasse
erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusq;
te statim certiozem. Valetudinem tuam cura diligen-
ter. Vale. Calen. Septembris.

i die Septembris

2 M.T.C. Terentiae S.P.D. F. 14. 21.

*hortam in ualeam
dine cines*

SI uales bene est, ego ualeo. Da operam ut conua-
lescas, qd opus erit, ut res, tempusq; postulat, pro-
uideas, atq; administres, & ad me de omnibus rebus
quam sepiissime literas mittas. Vale.

3 M.T.C. Terentiae S. P. D. Fam. 14 8.

SI uales bene est, ego quidem ualeo. Valetudinem
tuam uelim cures diligentissime. Nam mihi, &
scriptum, & nunciatum est, te in febrim subito incidis-
se. Quod celeriter me fecisti de Caesaris literis certio-
zem, fecisti mihi gratū. Item post hac si quid opus erit

4 3 si quid

LIBER

si quid acciderit noui. facies ut sciam. Cura ut ualeas.
Vale. Datum 4. nonas Iunias. 10. Iunij

4. Junii -

Nuntiatoria

M. T. C. Terentia S. P. D. Fa. lib. 14. Epi. 24.

Q. Dol. p. 13
amb. n. 13
lib. 2. 13
Cont. Dol.
splend. 13
I uales bene est, ualeo. Nos neq; de Caesaris ad
uentu, neq; de literis, quas Philotimus habere
dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit
certi, faciam te statim certiozem. Valetudinem tuam
fac, ut cures. Vale. 3. idus Sextilis.

5. ii die Augusti. In Augusti

M. T. C. Terentia S. P. D. Fa. lib. 14. epist. 24.

*A. Casare se has
accepit edim & en
reterrine aduente.*

I uales bene est, ualeo. Reddite mihi iam tan-
dem sunt a Casare literae satis liberales. Et ip-
se opinione celerius uenturus esse dicitur. Cui utrum
obuiam procedam, an hic eum expectem, cum consti-
tuerō, faciam te certiozem. Tabellarios mihi uelim
quamprimum remittas. Valetudinem tuam cura dili-
genter. Vale prid. Calend. Sex. pridie idus Sextilis.
31. Julij. In 12. Augusti.

M. T. C. Teren. S. P. D. F. 14. 17.

Exemplaria

*Sicut se in hunc ha-
bere quod scribas
ad legem.*

I quid haberem, quod ad te scriberem, facerem
id, et pluribus uerbis, et sepius. Nunc quae
sunt negocia uides. Ego autem quomodo sim affectus,
ex Lepta

PRIMVS

ex Lepta, & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut
tuam, & Tulliae ualitudinem cures: Vale.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Famil. libro 14. Epistola 15.

3 I uales bene est, ualeo. Constitueramus, ut ad te
antea scripsera, obuiam Cicerone Cesari mit-
tere. Sed mutauimus consilium, quia de illius aduen-
tu nihil audiebamus. De caeteris rebus & si nihil erat
noui, tamen quid uelimus, & quid hoc tempore pute-
mus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam
adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligen-
ter, uale 12. Calen. quintilis. Idus Junij.

*Nunciatorum
de rebus suis
fil. in no. pr.*

M. T. C. TERENTIAE. S. D. Fa. 14. 19.

i N maximis meis doloribus excruciat me ualea-
tudo Tulliae nostrae. De qua nihil est, quod ad te
plura scribam. tibi enim aequae magnae curae esse certo
scio. Quod me propius uultis accedere, uideo ita esse
faciendum, etiam ante fecissem, sed me multa impedi-
runt, quae nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio
expecto literas, quas ad me quamprimum perferen-
das cures uelim. Da operam ut ualeas.

*Nunciatorum
Sept. Idus Junij
uole graui ter-
angi ualitudi-
Tulliae deinde ad-
der se uenire
opus est
Ciceroniam
aly ad horribi-*

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Famil. lib. 14. Epist. 12.

6 4 Quod

*de horre... no ob uiam uenire
proprie iter longa simul ac
periculosa.*

*Nunciatoria
& de hortatu
est*

Q

LIBER

Vod nos in Italiam saluos uenisse gaudes, perpe-
tuo gaudeas uelim. Sed perturbati dolore animi,
magnisq; iniurijs, metuo ne id cōsiliij ceperimus, quod
non facile explicare possimus. Quare quantum potes
adiuua. Quid autem possis, mihi in mentem non uenit.
~~In uiam, quod te des hoc tempore, nihil est, & longum
est iter, & non tutum. Et non ideo quid prodesse pos-
sis, si ueneris. Vale. Datum pridie nonas Nouem. Bruti
dusij.~~

10 4. Septemb.

M. T. C. T E R E N T I A E

*Dolere se diu
de Tullie fortuna
si miserum
ad uiam ad ca-*

S. P. D. Fam. lib. 14. Epi. 11.

12 Junij.

I uales bene est, ualeo. Tullia nostra uenit ad
me pridie Idus Iunij, cuius summa uirtute & sin-
gulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affe-
ctus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in-
fortuna esset, atq; eius pietas ac dignitas postulabat.
Nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere,
& cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te
certiorem. Valetudinem tuam diligenter cura. Vale.

*14. Calen. Quin. July (17. Calen. Quintil.)
18 Iunij. Id. 14. Junij.*

M. T. C. T I R O N I S. P. D.

Famil. lib. 16. Epist. 2.

*horum tironē
in ualeitudine
miser. & q̄srimus
ad se uenire*

Eptimum iam diem Corcyre tenebamur. Qu-
autem pater, & filius Butroti, solliciti eramus
de ueniis tenebamur.

de tua

Legimus qdā frater

PRIMVS.

de tua ualitudine mirum in modum, nec mirabamur ni-
hil a te literaru. his enim uentis istinc nauigatur, qui si
essent, nos Corcyra non sederemus. Cura igitur te
confirma, & cum commode, & per ualitudinem, &
per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissi-
mos tui ueni. Nemo nos amat, qui te non diligat. Carus
omnibus, expectatusq; uenies. Cura ut ualeas, etiam
atq; etiam Tiro noster. Vale. 15. Calen. Nouemb. Cor-
cyra.

*Marratum
no cula.*

hortatio.

12 ~~18. Nouemb.~~ 18. ~~Novemb.~~ Octobris.

M.T.C. TIRONI. S.P.D. F. 16.4.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo
sim affectus, tantum scribo, & tibi, & mihi
maximae uoluptati fore, si te firmum quamprimum ui-
dero. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is lo-
cus est circa Leucadem stadia cxx. Leucade aut te ip-
sum aut tuas literas a Marione putabam me acceptu-
rum. Quantum me diligis, tantum fac ut ualeas, uel
quantum te a me scis diligi. Nonis Nouemb. Alyzia.

Non 5. Nouemb.

13
CICERO FILIVS TIRONI

S. P. D. Famil. lib. 16. epist. 25.

Et si iusta, & idonea usus es excusatione in-
termisionem literarum tuarum tamen id ne se-
pius facias rogo. Nam & si de Reipublicae rumoribus
& nuncijs certior fio, & de sua in me uoluntate sem-

per ad

LIBER

per ad me perscribit pater, tamen de quavis minima
re scripta à te ad me epistola semper fuit gratissima.
Quare cum in primis tuas desyderem literas, noli cō
mittere, ut excusatione potius expleas officium scri
bendi, quàm assiduitate literarum. Vale.

14

M. T. C. SERVIO SULPITIO.

S. D. P. Fam. lib. 13. Epi. 26.

^{ex Larissa oppido.}
b Agessaretus Larisseus magnis meis beneficijs
ornatus in consulatu meo memor, & gratus
fuit, meq; postea diligentissime coluit. Eum tibi mag
nopere commendo, ut & hospitem meum, & famili
arem meum, & gratum hominem, & uirum bonum
& principem ciuitatis suae, & tua necessitudine dige
nissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operã,
ut is intelligat hanc meam cōmendationem magnũ
apud te pondus habuisse. Vale.

15

M. C. TREBATIO. S. D. F. 7. 19.

* Epistolam tuã, quam accepi ab L. Aruncio cō
scidi innocentẽ, nihil enim habebat, quod non
uel in concione recte legi posset. sed & Aruncius ita
te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Verum illud
esto. nihil te ad me postea scripsisse demiror, præser
tim tam nouis rebus. Vale.

M. T.

16 PRIMVS.

M.T.C. Q. VAL. Q. FIL.

S.D.F. 13. 7.

P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus, cuius causam quantopere cuperem, deberemq; profecto ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspium quàm maximas, primum, quam sepiissime gratias agat.

17.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO.

Famil. lib. 13. Epist. 3.

a Vlum Fusium unū ex meis intimis, obseruantissimum, studiosissimumq; nostri, eruditum hominem, et summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum uelim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quàm quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio, et summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

18

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

Fam. lib. 12. Epist. 26.

s Extus Aufidius et obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos, et splendore equitis Ro. ne mini cedit. Est aut ita temperatis, moderatisq; moribus

ut

L I B E R

ut summa seueritas, summa cū humanitate iungatur. Cuius tibi negotia quæ sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magis uē ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te uehementer mi Cornifici rogo. Vale.

19
CICERO BASILIO S. F. 6. 15.

Ibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tucor, à te amari, & quid agas, quidq; agatur certior fieri uolo. Vale.

20
D. B R V T V S I M P. T V L C I C.

S. P. D. F. 11. 4.

S I de tua in me uoluntate dubitarem, multis à te uerbis peterem, ut dignitatem meam tuerere, sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad transalpinos cum exercitu, nō tam nomen captans, imperatorium, quàm cupiens militib. satisfacere, firmosq; eos ad tuendas nostras res efficere. quod mihi uideor consecutus. nam & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. cum omnium bellatiosissimis bellum gessi. multa castella cepi, multa uas flauī. Non sine causa ad senatū literas misi. Adiuua nos
tua sena

P R I M V S

tua sententia, quod cum facies, ex magna parte communi commodo inservieris. Vale.

21
M. T. C. S E R V I O S V L P I T I O
S. P. D. F. 13. 21.

¶ Selapone Patrensi medico utrorumque ualde familiariter, cuiusque tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in ualitudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate beneuolentiaque satis fecit. Hunc igitur tibi commendando, et a te peto, ut des operam, ut intelligat, diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi uehementer gratum. Vale.

22
M. T. C. A P P I O S. P. D. F. 10. 29.

¶ E meo studio erga salutem, et incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex literis tuorum. quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio, nec his concedo, quanquam sunt singulari in te beneuolentia, ut te saluum malint, quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quam ipsi hoc tempore prodesse possim, quod quidem nec destiti facere, nec desistam, etiam in maxima re feci, et fundamenta ieci salutis tue. Tu fac bono animo magnoque sis, meque tibi nulla re futurum esse confidas. Pridie Nonas Quintileis. Vale.

Idem Obon Julij. M. T. C.

23.
LIBER

M. T. C. M. MARIO S. D. F. 7. 4.

In 24. Junij D. ix. Cal. Iulias in Cumanum ueni cum Libone tuo, uel nostro potius, in Pompeianum statim cogito. Sed faciam te ante certiorē. Te cum semper ualere cupio, tum certe, dum hic sumus. Vides .n. quanto post unā futuri sumus. Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac in aliū diem differas. Cura igitur, ut ualeas, & me hoc biduo, aut triduo expecta. Vale.

24

CICERO PLANCO IMP. CONS.

Desi. S. P. D. F. 10. 14.

o Gratam famam, biduo ante uictoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs, atq; etiā hostibus suis, spes omnis in te est. Fugisse .n. ex praelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. EST ENIM non minus gratū extrema delere quam prima depellere. Equidem expectabam iam tuas literas, idq; cum multis. Sperabamq; etiam Lepidū temporibus admonitum, tecum & Reip. satis esse futurum. In illam igitur curam incumbe mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, & Remp. diuino beneficio affeceris, & ipse eternam gloriam consequere. Tertio Idus Maij. Vale. *In 13. Maij.*

M. C. Ie

25 PRIMVS

8

M. CICERO PAPYRIO PAE

TO. S.P.D. F. 9. 23.

*h*eri

ep. scripta 25 Junij
b— Eri ueni in Cumanum, cras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiore. Et si Marcus Ceparus, cum mihi in sylua Salinaria obuiam uenisset, quæsissemq; quid ageres, dixit te in lecto esse, qd' ex pedib. laborares tui scilicet moleste, ut debui, sed tamen constitui ad te uenire, ut et uiderem te, et uiserem, et cœnare m etiam. Non enim arbitror cocum etiam te Artoricum habere. Expecta igitur hospitem cum minime edacem, tū inimicum cœnis sumptuosus. Vale. *26 Junij.*

M. CICERO S.D. C.N. PLAN

CO. F. 4. 15.

a— Ccepi per breueis tuas literas, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui, cognoui autē id, quod mihi dubium non fuit. Nam quam fortiter ferres communeis miseras, non intellexi, q̄ me amares, facile perspexi, sed hoc scierā. illud si scissem ad id meas literas accommodassem. Sed tamē et si antea scripsi, quæ existimaui scribi oportere, tamen hoc tēpore breuiter commonendum putauī, ne quo periculo te proprio existimares esse, in magno omnes, sed tū in communi sumus. Quare non debes aut propriam fortunam

LIBER

fortunam, aut precipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

27

CICERO DOLOBELLAE S.D.F. 9. 12.

g Ratulor Baijs nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt, nisi forte te amant, & tibi assentantur, & tamdiu, dum ades, sunt oblita sui, quod quidem, si ita est, minime miror, coelū etiā & terras uim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quā requirebas, habebam mecū, quod non putarem. Itaque eam tibi misi uelim sic legas, ut causam tenuem, et inopem nec scriptione magnopere dignam. sed ego hospiti ueteri, & amico munusculum mittere uolui leuidense crasso filo cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu uelim animo sapienti, fortiq; sis, ut tua moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale.

28

M. T. C. IMPERATOR M. COE

lio Aedili Curuli. S. P. D. F. 2. 13. aliar. 14.

f Abio uiro optimo, & homine doctissimo familiarissime uitor, mirificeq; eum diligo, cum propter

PRIMVS.

9

propter summum ingenium eius, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam, eius negocium sic uelim suscipias, ut si esset res mea. noui ego uos magnos patronos. hominē occidat oportet, qui uestra opera uti uelit. sed in hoc homine nullam accipio excusationem. omnia relinques, si me amabis, cū tua opera Fabius uti uolet. Ego res Romanas uehementer expecto, & desydero, in primisq; quid agas scire cupio. nam iamdiu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

29

CICERO TREBATIO S.D. F.7. 23 ab 22.

i Luseras heri inter scyphos, quod dixeram controuersiam esse, posset ne hæres, quod furtum antea factum esset, recte furti agere. Itaq; & si domum bene potus, seroq; redieram, tamen id caput, ubi hæc controuersia est, notauit, & descriptum tibi misi, ut scires id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sextum Helium, M. Manlium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scauola, & Teste assentior. Vale.

30

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. P. D. F. 11. 15.

e T si mihi tue literæ iucundissimæ sunt, tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione

Exordium a copulatione officij.

b tua



LIBER

tua Planco collega mandasti, ut te mihi per literas excusaret. quod fecit ille diligenter, mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordia aq; uestra, quae literis omnibus declarata est. S. P. Q. R. gratissima accidit. Qd̄ super est, perge mi Brute, & iam non cum alijs, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro breuitatis uti cogito. Literas tuas uehementer expecto, & quidem taleis, quales maxime opto.

31

M. CICERO, T. FURVANO

Pratori S. D. F. 6. 9.

c. Vm A. Cecinna tanta mihi familiaritas, consuetudoq; semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam & patre eius claro homine, & forti uiro plurimum usi sumus, & hunc à puero quod et spem mihi magnam afferebat summae probitatis, summaeque eloquentiae, & uiuebat mecum coniunctissime non solum officijs amicitiae, sed etiam studijs comunibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctus uiuerem. Nihil attinet me plura scribere, quod mihi necesse est eius salutem, & fortunas quibuscunq; reb. possim tueri, ut uides. Reliquum est, ut cum cognorim pluribus rebus, quid tu, & de bonorum fortuna & de Reip. calamitatibus sentires, nihil à te pe
tam

tam nisi ut ad eam uoluntatem, quam tua sponte erga Cecinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M. C. CORNIFICIO COLLEGAE.

S. F. 12. 20.

32
g Rata mihi tuae literae, nisi quod Sinuessanum diuersariolum contempsisti. Quam quidē contumeliam uilla pusilla iniquo animo ferret, nisi in Cumano, & Pompeiano reddideris πέντε τετραπέδα. Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo laceesses. Ego enim respondere facilius possum, quam prouocare. Quod si, ut es, cessabis, lacessam, nec tua ignauiā etiā inertiam asferet, plura ociosus. Hæc cum essem in senatu exaravi. Vale.

M. C. CORNIFICIO. S. D. F. 12. 21.

33
c Aius Anitius familiaris meus, uir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africā legatione libera, eū uelim rebus omnibus adiuues, operamq; des, ut q̄ cōmodissime sua negotia conficiat. In primisq; quod ei charissimū, est dignitatē eius cōmendo. Idq; à te peto, quod ipse in prouintia facere sū solitus nō rogatus, ut omnibus senatoribus

b 2 ribus

LIBER

ribus lictores darem, quod idem acceperam, & id cognoueram à summis uiris factitatū. Hoc igitur mi Cornifici facies, Ceterisq; rebus omnibus eius dignitati, reiq; si me amas, consules. Id erit mihi gratissimum. Da operam, ut ualeas.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. F. 12. 9°

34

b Reuitas tuarum literarum me quoq; breuiorem in scribendo facit, & uere ut dicam, non satis occurrit, quid scribam. Nostras. n. res in actis perferri ad te certo scio, tuas autē ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolobella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos consecutū bellū cū putaremus, repēte à Lepido tuo in summam sollicitudinē adducti sumus. Itaq; persuade tibi, maximā Reip. spem in te, & in tuis copijs esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tū, ut oīa, ut spero, prospere procedāt, multū interest te uilere. Exigua est enim spes Reip. nam nullam non libet dicere, sed quaecunq; est, ea de spondetur anno consulatus tui. Vale.

35

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. F. 13. 31.

1 Vcius Manlius est Sosis, is fuit Catinensis, sed est una cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, Decurioq; Neapoli. Erat enim adscriptus in id

in id municipium, ante ciuitatem socijs, & latinis da-
 tam. Eius frater Catina nuper mortuus est, nullam om-
 nino arbitramur de ea hereditate controuersiam cum
 habiturum. Et est hodie in bonis. Sed quando habet
 praeterea negotia uetera in Sicilia sua, & hanc here-
 ditatem fraternam, omnia eius tibi commendo. In pri-
 misq; ipsum uirum optimum, mihiq; familiarissimum
 his studijs literarum, doctrinaq; praeditum, quibus ego
 maxime delector. Peto igitur abs te, ut eum siue ade-
 rit, siue non uenerit in Siciliam, in meis intimis, maxi-
 meq; necessarijs scias esse. itaq; tractes, ut intelligat
 meam commendationem sibi magno adiuumento fuis-
 se, Vale.

34 30.

T. C. ET CICERO. F. TIRONI HUMANIS. ET OPT. S. P. D. F. 16. 1.

U Ideo quanta in te sit suauitas, duas horas Thi-
 rei fuimus. Xenomenes hospes tam te diligit,
 q; si uixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quae tibi essent
 opus. facturum puto. mihi placebat, si firmior esses, ut
 te Leucadem deportares, ut ibi te plane confirmares.
 Videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid Medico place-
 at. Volebam ad te Marionem remittere, quem cum me
 Iuscule tibi esset, ad me mitteres, sed cogitavi unam lite-
 ras Marionem afferre posse, me autem crebras expecta-
 re. Poteris igitur, et facies si me diligis, ut quotidie sit

b 3 Acastus

L I B E R

Acastus in portu. Multi erunt, quibus recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras euntem neminem praetermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo, nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Et te totum trade, malo te paulo ualentem, quam statim imbecillum uideri. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu ualeas, caetera ego curabo, etiam atque etiam uale. Leucade proficiscens. Septimo Idus Septembris.

M. T. ET. C. ET. Q. ET. FIL. TIRONI

S. F. 16. 7.

Etiam ad te hanc epistolam scripsi eadem die magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram, cui darem, quam quod haberem quid scriberem. Igitur illa, quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentis, ad tua innumerabilia in me officia, adde hoc quod mihi erit gratissimum omnium, cum ualitudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam nauigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura te mihi Tiro, quando non contigit, ut simul nauigares, nihil est, quod festines, nec quicquam cures, nisi ut ualeas etiam atque etiam uale. VII. Idus Nouembris. Actio, uesperis.

38

M. T. C. TIRONI S. P. D. F. 16. 12.

ego

P R I M V S.

1 2 3 4 5 4 1 3 2
 e Go uero cupio te ad me uenire, sed uiam tua
 meo, grauisime aegrotasti, inedia, & purgatio
 nibus, et ui ipsius morbi consumptus es. Graues solent
 offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa comis
 sa est. Iam ad id biduum, quod fueris in uia, dum in Cui
 manum ueneris, accedent continuo ad reditum dies
 quinq;. Ego in Formiano ad tertium Cal. esse uolo, ibi
 te, ut firmum offendam mi Tiro effice. Literulae meae
 siue nostrae tui desyderio oblanguerunt. Hac tamen epi
 stola quam Acastus attulit, oculos paululum susulerunt.
 Pompeius erat apud me, cum haec scribebam, hilare, &
 libenter ei cupienti audire nostra dixi, sine te omnia
 mea muta esse, tu mihi nostris para, ut operas red
 das, nostra ad diem dictam fient. docui enim te fides
 et ueritas qd haberet. Fac plane ut ualeas, nos ad sum
 mum. Vale. 14. Calendas Ianuarij.

Ann 20. 10. br
 rure meo. apud
 formias qd oppi
 dit b campana

39 19 Decembr. 19. 10. br.

M. T. C. C V R I O N I S. P. D. E. 2. 3.

5 3 4 1 2
 e Pistorum genera multa esse non ignoras, sed
 unum illud certissimum, cuius causa inueni
 res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid es
 set, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Hu
 ius generis literas a me profecto non expectas. dome
 sticarum enim rerum tuarum habes & scriptores, &
 nuncios. In meis autem rebus nihil est sane noui. Re
 liqua sunt epistolarum genera duo, quae me magno
 b + pere

Exordium
 ex varietate
 epistolarum per
 distributionem

Reverho.

Altera pars
 distributionis.

epistolae
 scriptae

pro
 uenit
 ad hoc
 tate in
 quod unquam sibi hic concessum est.

Reuecho per
dubitatioem.

Proposio

Ratio. ab expe
ctatioe virtutu
& laudu curiois

Conclusio

7
1 2 3 4
pere delectant, unum familiare, & iocosum, alteris
seuerum, & graue, utro me minus deceat uti, non in-
telligo, iocer ne tecum per literas? ciuem me hercu-
le non puta esse, qui temporibus his ridere possit,
an grauius aliquid scribam? quid est, quod possit gra-
uiter a Cicerone scribi ad Curionem, nisi de repub-
atq; in hoc genere haec mea causa est, ut neq; ea, quae
hunc sentio, uelim scribere. Quamobrem, quoniam
mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar
ea clausula, qua soleo, teq; ad studium summae laudis
cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria consti-
tuta, & parata incredibilis quaedam expectatio,
quam tu uicare facillime uinces, si hoc statueris, qua-
rum laudum gloriam adamaris, quibus artibus ea
laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. in hanc
sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis
incitatum esse considerem, & hoc quicquid attingi,
non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amo-
ris mei. Vale.

Ratio
hortatio
nis ab
expe
ctatioe
virtutu

38
D. Imperatori
M. T. C. BRUTO S. P. D. F. 13. 15.

Uicio Tityone Strabone equite Romano in
primis honesto, et ornato, familiarissime utor.
Omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessi-
tudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet Publi-
us Cornelius. Ea res a Volcatio, qui Romae ius dicit,
reiecit

patru
a dig
mitate
ertim
ms

reiecta in Galliam est. Peto à te hoc diligentius, q̄ si
 mea res esset, quò est honestius de amicorum pecunia
 laborare, q̄ de sua, ut negociũ conficiendũ cures ipse,
 suscipias, transigas, operamq; des, quo ad tibi equũ,
 & rectũ uidebitur, ut quã cõmodissima cõditione li-
 bertus Strabonis, qui eius rei caussa missus est, nego-
 cium cõficiat, ad numosq; pueniat. Id & mihi gratis
 simũ erit, & tu ipse L. Tityonem cognosces amicitia
 tua dignissimum. Quòd ut tibi cura sit, ut oia solent
 esse, quæ me uelle scis, te uehementer etiã, atq; etiam
 rogo. Vale.

Pet ho
 Ab honesto

Enumeratio

39

M. C. S. D. T. FABIO. F. 5. 18.

e T si egomet, qui te consolari cupio, consolan-
 dus ipse sum, propterea quòd nullam rem gra-
 uius iam diu tuli, q̄ incõmodum tuũ, tamen te magno
 pere, non hortor solum, sed etiam pro amore nostro
 rogo, atq; oro, te colligas, uirumq; præbeas, & qua
 conditione oēs homines, & quibus temporibus nati
 sumus, cogites, plus tibi uirtus tua dedit, q̄ fortuna
 abstulit, propterea quod adeptus es, quod non multi
 homines noui, amisisti quod plurimi homines nobi-
 lissimi. Ea deniq; uidetur cõditio impendere legum,
 iudiciorum, temporũ, ut optime actum cū eo uidea-
 tur esse, qui quã leuissima poena ab hac rep. disces-
 ferit. Tu uero qui & fortunã, & liberos habeas, &
 nos, cæterosq; necessitudine, & beneuolentia tecum

amphicitio

Spem fortasse pluræ

patria
 & dig
 uirtut

ertim
 lus

b s coniun-

at hoc
 utat
 ab
 pp
 not
 tum



LIBER

coniunctissimos, quiq; magnam facultatem sis habi-
turus nobiscū, & cū omnibus tuis uiuendi, & cū unū
sit iudiciū, ex tam multis, quod reprehendatur, idq;
una sententia, eaq; dubia potentia alicuius condona-
tū existimetur, omnib. his de causis, debes istā mole-
stia q̄ leuissime ferre. Meus animus erit in te, liberos-
q; tuos semper, quē tu esse uis, et qui esse debet. Vale.

Conclusio.

M. C. TREBATIO S. D. F. G. II.

ordinetur a nar-
ratione, Dolobellae
opam praedicans

cū vñ b. s.
defendi

d. Olobellam antea tantummodo diligebā, obli-
gatus ei nihil eram, nec enim acciderat mihi
opus esse, & ille mihi debebat quod non defuerā eius
periculis: Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio,
quod & antea in re, & hoc tempore in salute tua cu-
mulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam.
Qua in re gratulor tibi ita uehementer, ut te quoq;
mihi gratulari, quā gratias agere malim, alterum
non omnino desydero, alterum uere facere poteris.
Quod reliquum est quando tibi uirtus, & dignitas
tua reditū ad tuos aperuit, est tuae sapientiae, magni-
tudinisq; animi, quid amiseris obliuisci, quid recupe-
raueris cogitare, uiues cum tuis, uiues nobiscū, plus
acquisiisti dignitatis, quā amisisti rei familiaris,
quā tamen ipsa esset iucundior, si ulla esset Resp. Ne-
porius noster familiaris ad me scripsit te mihi maxi-
mas gratias agere. Hec praedicatio tua mihi ualde

grata

grata est, eaq; te uti facile patior, cum apud alios,
 tum mehercule apud Syronem nostru amicum, quae
 enim facimus, ea prudentissimo cuiq; maxime pro-
 bata esse uolumus. Te cupio uidere quam primum.

¶ CICERO TREBATIO. S. D. F. 7. 14.

c Hrysippus Vectius Cyri ^{architecti} libertus fe-
 cit, ut te nō immemorem putarem mei, salutē
 enim mihi tuis uerbis nuntiauit. Valde iam laetus es
 qui grauiere literas ad me dare homini praesertim pro
 pe domestico. Quod si scribere oblitus es, minus mul-
 ti iam te aduocato, caussa cadent. Sin nostri oblitus
 es, dabo operam, ut istuc ueniam ante, quam plane
 ex animo tuo effluo. Sin aestiuorum timor te debili-
 tat, aliquid excogita, ut fecisti de Britania. Illud qui-
 dem perlibenter audiui ex eodem Chrysippo te esse
 Caesaris familiarem, sed mehercule mallem, id quod
 erat equius, de tuis rebus ex tuis literis q̄ saepissime
 cognoscere, quod certe ita fieret, si tu maluisses bene-
 uolentiae quam litiū iura perdiscere. Sed haec iocati
 sumus & tuo more, & non nihil etiam nostro. Te
 ualde amamus nosq; a te amari tum uolumus, tum
 etiam confidimus. Vale.

¶ M. T. C. C. CASSIO S. P. D. F. 12. 8.

¶ Celus affinis tui Lepidi, summamq; leuitatē,
 & inconstantiam ex actis, quae ad te mitti cer-
 to scio,

L I B E R

to scio, cognoscere te arbitror. Itaq; nos cōfecto bello
 ut arbitrabamur, renouatum bellum gerimus, spemq;
 omnem in D. Bruto, & Planco habemus. Si uerum quæ
 ris, in te, & in meo Bruto non solum ad præsens per-
 fugiū, si quod nolim, aduersi quid acciderit, sed etiam
 ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Do-
 lobella audiebamus, quæ uellemus, sed certos autho-
 res nos habebamus. Te quidem magnum hominem,
 & præsentis iudicio, & reliqui temporis expectatione
 scito esse. Hoc tibi proposito fac, ut ad summa contem-
 das. Nihil est tantum, quod non populus Romanus à
 te perfici, atq; obtineri posse iudicet. Vale.

quod tibi a te oppressus

43

M. T. C. M. LEPIDO S. P. D. F. 10. 27.

q. Vod mihi pro mea summa erga te beneuolentia
 magnæ curæ est, ut quàm amplissima dignita-
 te sis, moleste tuli, te Senatui gratias non egisse, cum
 esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis in-
 ter ciueis conciliandæ te cupidū esse, lator. Pacem eam
 si à seruitute seiungis, consules & reipub. & dignita-
 tituæ, sin ista pax perditum hominem in possessionem
 impotentissimi dominatus restitutura est, hoc animo
 scito omnes sanos, ut mortem seruituti anteponant.
 Itaq; sapientius, meo quidem iudicio facies, si te in istâ
 pacificationem non interpones, quæ neq; senatui, neq;
 populo, neq; cuiquam bono probatur. sed hæc audies
 ex alijs

pacificatio

ex alijs, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia
quid optimum factu sit, uidebis.

47 M. CICERO CN. PLANCO IMP.

Con. Desi. S. F. 10. 2.

m Eum studium honori tuo non defuisset pro ne-
cessitudine nostra, si aut tutò in senatū, aut ho-
neſte uenire potuiſſem. Sed nec sine periculo quisquā
libere de repub. ſentiens uerſari poteſt in ſumma impie-
nitate gladiorum, nec noſtræ dignitatis uidetur eſſe ibi
ſententiam de repub. dicere, ubi me & melius & pro-
pius audiant armati, q̄ ſenatores. Quapropter in pri-
uatis rebus nullum neque officium, neque ſtudium meū
deſyderabis, nec in publicis quidem. ſi quid erit, in quo
inter-eſſe neceſſe ſit, nunquam dcero, ne cum periculo
quidem meo dignitati tuæ. In his autem rebus, quæ nihi-
lominus ut ego abſim, confici poſſunt, peto à te, ut mei
rationem habere uelis, & ſalutis, & dignitatis meæ.
Vale.

correctio

pehho

45 M. CICERO PAPYRIO PAETO.

S. D. Famil. lib. 9. epist. 19.

t Amen à malitia non diſcedis, tenuiculo appa-
ratu ſignificas Balbum fuſſe contentum, hoc ui-
deris dicere, cum reges tam ſint continentes, multo
magis conſulareis eſſe oportere, neſcis me ab illo oīa
aexpifca

LIBER

expiscatum, recta enim à porta domū meam uenisse,
 neq; hoc admiror, quod non ad tuam potius, sed il-
 lud, quod nec ad suam. Ego autem tribus primis uer-
 bis, quid noster P^{ro}etus? at ille adiuratus nusquam se
 unquam libentius. Hoc si uerbis ^{blatius} assecutus es aureis
 ad te afferam, non minus eleganteis. Sin autem ob-
^{delectata} ^{causa}sonio, peto à te, ne pluris esse balbos, q̄ disertos pu-
 tes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si me ex-
 pediero, ut in ista loca uenire possim, non committā,
 ut te serò à me certiozem factum putes. Vale.

46

C. TREBONIVS M.T.C. S.D.F. 12. 16.

^{post ceteros uerbo}
 S I uales bene est, ego quidem ualeo, Athenas ue-
 ni ad XI. Calend. Iunij atq; ibi, quod maxime
 optabam, uidi filium tuum deditum optimis studijs,
 summaq; modestiae fama. Qua ex re quantam uolu-
 ptatem ceperim, scire potes etiam me tacente. Non
 enim nescis quanti te faciā, & quam pro nostro ue-
 terrimo, uerissimoq; amore omnibus tuis etiam mi-
 nimis commodis non modo tanto bono gaudeā. Noli
 putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare. Nihil a-
^{22 dicitur} ^{manu}dolescente tuo, atq; adeo nostro (nihil enim mihi à
 te potest esse seiunctum) aut amabilius omnibus ijs,
 qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium,
 quas tu maxime amas, hoc est optimarum. Itaq; tibi
 quod uere facere possum, libenter quoq; gratulor,
 nec mi-

Cornelio.

nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat
 diligere, qualiscunq; esset, talem habemus, ut liben-
 ter quoq; diligamus. Qui cum mihi in sermone inie-
 cisset se uelle Asiam uisere, non modo inuitatus, sed
 etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obti-
 nentibus prouinciam faceret. Cui nos & caritate &
 amore tuum officium prestaturos non debes dubita-
 re. Illud quoq; erit nobis curæ, ut Cratippus una cum
 eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in
 quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illis
 paratum ut uideo, & ingressum pleno gradu, cohor-
 tari non intermitteremus, quo in dies longius discendo
 exercendoq; se procedat. Vos quid egeritis in Rep-
 cum has literas dabam, non sciebam. Audiebam tur-
 bulenta, quæ scilicet cupio esse falsa, ut aliquando
 ociosa libertate fruamur, quod uel minime adhuc
 mihi contingit. Ego tamen nactus in nauigatione no-
 stra pusillū laxamenti concinnaui tibi munusculū ex
 instituto meo, & dictū cū magno nostro honore à te
 dictū cōclusi, & tibi infra subscripsi. In quib. uersicu-
 lis si tibi quibusdā uerb. ἀσχημονέστερ & uidebor turpitu-
 do psonæ eius, in q̄ liberius inuehimur, nos iudicabit.
 Ignosces etiā iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusmodi
 di et hoies et ciues. Deinde qd magis hoc Lucilio licu-
 erit assumere libertatis, q̄ nobis? cū etiā si odio par-
 fuerit in eos, quos læsit, tñ certe non magis dignos
 habuer

a b exemplo

LIBER

habuerit, in quos tanta libertate uerborū incurreret. Tu sicut mihi pollicitus es, adiunges me quā primū ad tuos sermones. Nanq; illud nō dubito, quē si quid de interitu Caesaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei & amoris tui ferre. Vale, & matrem meosq; tibi commendatos habe. s. Cal. Iunias. Athenis.

47 CICERO CVRIO S. D. F. 7. 32.

f Acile perspexi ex tuis literis, quod semper studei, & me à te plurimi fieri, & te intelligere quā mihi charus esses. Quod quando uterq; nostrū consecutus est, reliquum est, ut officijs certemus inter nos, quibus æquo animo uel uincam te, uel uincar abs te. Ad Accilium non fuisse necesse meas dari literas facile patior. Sulpitij tibi operam, intelligo ex tuis literis, non multū opus fuisse propter res tuas, ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes, equidem uellem ^{habere} tibi pedes haberent, ut aliquando redires. Vides enim exaruisse iam ueterem urbanitatem ut Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam, ergo is tibi, nos ei succedimus. Veni igitur quaeso, ne tantum semen urbanitatis unā cum repub. intereat. Vale.

48 M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D. F. 13. 33.

i N Halefina ciuitate tam lauta, quam nobili con-
 iunctissimos habeo & hospitio & familiarita-
 te M. & Clodium, Archagathum, & Philonē. sed ue- occupatio
 reor, ne, quia complureis tibi precipue commendo, ex
 equare uidear ambitione quadam comendationes me-
 as quanquam à te quidem cumulate satisfi, & mihi;
 & meis omnibus. Sed uelim sic existimes, hanc fami-
 liam, & hos mihi maxime esse coniunctos uetustate;
 officijs, beneuolentia. Quamobrem peto à te maiore petito
 inmodum, ut his omnibus in rebus, quantum tua digni-
 tas, fidesq; patietur, commodes. Id si feceris, erit mihi
 uehementissime gratum. Vale.

49. M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

Fam. lib. 13. Epist. 34.

c Neo Octacilio Nasone utor familiarissime, ita narratio
 prorsus, ut illius ^{ordinis} nullo familiarius. Nam & hu-
 manitate eius, & probitate in consuetudine quodidia-
 na magnopere delector. Nihil iam opus est expectare preterito
 te, quibus eum uerbis tibi commendem, quo sic utor, ut
 scripsi. Habet is in prouincia tua negocia, quae procu-
 rant liberti Hilarius, Antigonus, Demonstratus, quos
 tibi, negociâq; oia Nasonis, non secus commendo, ac si
 mea essent. Gratissimū mihi feceris, si intellexero hanc petito.
 commendationem magnum apud te pondus habuisse.
 Vale.

c M. T.

L I B E R.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

vsq ab ario
in capiti
50 ^{est} ~~ab~~ ^{ab} anno ~~derivationis~~ ^{derivationis} Fam. lib. 13. Epist. 35.

c Vitum mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Libitoni, ualdeq; ab eo obseruor, cognouiq; dignum & patre & auo. Est enim nobilissima familia. Quapropter commendo tibi maiorem inmodum rem, domumq; eius. Magnaq; opere a te peto cures, ut is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te, & adiumento, & ornamento fuisse. Vale.

51

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. F. 13. 36.

^{hospitium}
~~hospitium~~

c Aius Auianus Philoxenus antiquus est hospes meus, & praeter hospitium, ualde etiam familiaris, quem Caesar meo beneficio in Nouocomenseis retulit. Nomen autem Auiani secutus est, quod homine nullo plus est usus, quam Flacco Auiano meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. Quae ego omnia collegi, ut intelligeres, non uulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus quod sine molestia tua facere possis, ei comodes, habeasq; in numero tuorum, perficiasq; ut intelligat has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit id mihi maiorem inmodum gratum. Vale.

Cicero

52 PRIMVS 18

CICERO PLANCO IMP. CONS.

DESI. S. P. D. Fam. lib. 10. Epist. 13.

u T primum potestas data est augenda dignitate tua, nihil ^{comendando} praetermissi in te ornando, qd' positum esset aut in premio uirtutis, aut in honore uerborum, id ex ipso senatusconsulto poteris cognoscere. Ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est, qua senatus frequens secutus est summo studio, magnoq; consensu. Ego quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, ^{remunera} perspexeram te magis iudicio bonorum, quam insignibus gloriae delectari, tamen considerandis nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi a Repub. deberetur. Tu contices extrema cum primis. Qui enim M. Antonium ⁵⁻⁶⁻⁸⁻⁹⁻¹⁰ oppresserit, is bellum confecerit. Itaq; Homerus non Aiace, nec Achillem, sed Ulyssem appellauit $\omega\lambda\iota\pi\alpha\rho\theta\omicron\upsilon$. ^{1mo & Achille $\pi\tau\omicron\lambda\iota\pi\alpha\rho\theta\omicron\upsilon$ fol. 88.6. appellat}

53 M. T. C. C. CASSIO S. P. D. F. 12. 6.

q Vi status rerum fuerit tum, cum has literas dedi, ^{Narratio} scire poteris ex C. Tidio Strabone uiro bono, & optime de rep. sentiente. Nam quid dicam cupidissimo tui, qui domo, & fortunis relictis, ad te ^{placere} potissimum profectus sit? Itaq; eum tibi, ne comendo quidem, aduetus ipse ^{quod uenit ad te} sius ad te satis eum comendabit. Tu uelim sic existimes, ubiq; persuadeas, omne per fugium bonorum in te, & ^{Ratio}

C 3 Bruto

LIBER

^{M. Bruto}
 Bruto esse positum, si quod nolim, aduersi quid euen-
 rit. Res cum hæc scribebam, erat in extremū deducta
 discrimen, Brutus enim Mutinæ uix iam sustinebat.
 Qui si conseruatus erit, uicimus. sin (quod Dī omen a-
 uertant) oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est
 ad uos. Proinde fac tantum animum habeas tantumq;
 apparatus, quanto opus est ad uniuersam remp. re-
 cuperandam. Vale.

54 M. T. C. CORNIFICIO COLLE^{in angustia}
 GAE. S. F. 12. 17.

Exord:

g Rata mihi est uehementer memoria nostritua,
 quam significasti literis, quam ut conserues,
 non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est
 ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quæ-
 dam nunciata sunt, quæ, quia tibi sunt propiora, quàm
 nobis, tua me causa magis mouent, quàm mea. Romæ
 summum ocium est, sed ita ut malis salubre aliquod &
 honestum negocium, quod spero fore, quia uideo id cu-
 re esse Cæsari. Me scito dum tu absis, quasi occasione
 quandam, & licentiam nactum scribere audacius, &
 cætera quidē fortasse, quæ etiam tu cōcederes. Sed pro-
 xime scripsi de optimo genere dicendi, in quo sepe su-
 spicatus sum te à iudicio nostro sic scilicet, ut doctum
 hominem à non indocto paululum dissidere. Huic tu
 libro maxime uelim ex animo si minus, gratiæ causa
 suffragere

Narratio

90 111 121 131 141 151 161 171 181 191 201 211 221 231 241 251 261 271 281 291 301 311 321 331 341 351 361 371 381 391 401 411 421 431 441 451 461 471 481 491 501 511 521 531 541 551 561 571 581 591 601 611 621 631 641 651 661 671 681 691 701 711 721 731 741 751 761 771 781 791 801 811 821 831 841 851 861 871 881 891 901 911 921 931 941 951 961 971 981 991 1001

^{iamas}
 suffragare. Dicam tuis, ut eū, si uelint, describant, ad
 teq; mittant. Puto enim etiam si rem minus probabis,
 tamen in ista solitudine quicquid à me profectum sit,
 iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam,
 dignitate męq; commendas, facis tu quidem omnium mo
 re. Sed uelim sic existimes me, cū amori, quē inter nos
 mutuum esse intelligam, plurimum tribuam, tum de
 summo ingenio, & de optimis tuis studijs & de spe
 amplissimę dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi an
 teponam, comparem paucos. Vale.

Conclusio ē ab
 opinione quā
 habeat de Cor
 in fitio.

55 M. T. C. QV. TERMO PROPR.

S. D. F. 13. 55.

c Vm mihi multa grata sunt, quę tu adductus
 mea commedatione fecisti, tū in primis, quod
 M. Marcilium amici, atq; interpretis mei filium libe
 ralissime tractauisti. Venit enim Laodiceam, & tibi
 apud me, mihiq; propter te gratias maximas egit. Qua
 re, quod reliquum est, à te peto, quando apud gratos
 homines beneficium ponis, ut eo libentius his commo
 des, operamq; des, quoad fides tua patietur, ut socrus
 adolescentis rea ne fiat. Ego cum antea studiose com
 mendabā Marcilium, tū multo nunc studiosius, quod
 in longa apparatione singularem, & propè incredibi
 lem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq;
 cognoui. Vale.

c 3 Liber

L I B E R

LIBER II

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

Ad Attic. lib. 3. Epistola 28.

Exordium
a manu

I.

EX tuis literis, & ex re ipsa nos funditus perisse uideo. Te oro, ut quibus in rebus mei tuis indigebunt, nostris miseris ne desis. Ego te, ut scribis, cito uidebo, plura non scribo. cura, ut ualeas.

M. T. CICERO T. P. ATTICO

S. Ad Attic. lib. 3. Epist. 21.

Ab expectatōe vel
re hōne hārum

II.

Riginta dies erant lapsi, cum dabam has literas, per quos nullas à uobis acceperam, mihi autem erat in animo iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epeirum, & ibi omnē casum potissimū expectare. Te oro, ut si quid erit, quod perspicias, quicquid in partem, quā plenissime ad me scribas, & meo nomine, ut scribis, literas, quibus putabis opus esse, ut des. Vale. Cal. Nouemb.

M. T. C. T. P. ATTICO. S.

At. lib. 3. Epist. 23.

Ab occupatiōe
III.

Ego quod per Thessaliam si irem in Epeirum, per diu nihil eram auditurus, & quod mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora

Thessalonica civitas est Macedonia

SECUNDVS.

superiora Thessalonice scripsissem. inde cum ad te me conuertam, faciam ut scias, tuque ad me uelim omnia quam diligentissime, cuiusmodi sunt, scribas. Ego iam aut rem aut ne spem quidem expecto. Vale 6. Calen.

Decemb. Dyrrhachij. ^{oppidum Macedonia ut scribit Ptolemaeus quod est Epidaurum d. etiam est.}

M. T. C. T. P. ATTICO. S. A. 3. 1.

c Vm antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum, tum uero, ut legi rogationem, intellexi ad iter, quod constitui, nil mihi optatius ^{ancere} cadere posse, quam, ut me quamprimum consequare, ut ex Italia profecti essemus, siue per Epeirum iter esset faciundum, tuo, tuorumque presidio uteremur, siue aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. Quam ob rem te oro, des operam, ut me statim consequare, facilius potes, quoniam de Prouincia Macedonia perlata lex est. pluribus uerbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

M. T. CICERO T. P. Attico. S.

Ad Atticum. lib. 3. Epist. 2.

i Tineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo iure diutius esse possem, quam in fundo Siccae, praesertim nondum rogatione correctae, et simul intelligebam, ex eo loco si iter haberem, posse me Brun-

c 4 dusium

W

Optatius cadere

Habere iter.

"cum"



L I B E R

^{redimo}
 quodsum referre, sine te autem non esse nobis illas par-
 teis tenendas propter Antonium. Nuuc ut ad te antea
 scripsi, si ad nos ueneris, consilium totius rei capie-
 mus, iter esse molestum scio, sed tota calamitas omneis
 molestias habet. Plura scribere nō possum, ita sum ani-
 mo perculso ^{erbe calabrie} et abiecto. cura ut ualeas. Dat. 6. Id. April
 Naryci Locridis.

M. T. C. T. P. Attico. S. A. 3. 3.

u Tinam illum diem uideam, cum tibi agam gra-
 tias, quod me uiuere coëgisti. Adhuc equidem
 ualde me poenitet. sed te oro, ut ad me Vibonem sta-
 tim uenias, quo ego multis de causis conuerti iter me-
 um, sed eò si ueneris, de toto itinere, ac fuga mea con-
 silium capere potero, si id non feceris, mirabor. sed
 confido te esse omnino facturum. Vale.

M. T. CICE. T. P. Attico. S. A. 3. 5.

t Erentia tibi et saepe, et maximas gratias
 agit, id est mihi gratissimum, ego enim uiuo mi-
 ferrimus, et maximo dolore conficior. ad te quid scri-
 bam, nescio. Si enim es Romæ, iam me assequi non po-
 tes. sin es in uia, cum eris me affecutus, cor am agemus,
 quæ erunt agenda, tantum te oro, ut quoniã me ipsum
 semper amasti, eodem amore sis. Ego enim idem sum.
 Inimici

Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt. cura
ut ualeas, s. Id. April. Thuri.

M. T. C. T. P. Attico. S. A. 3. 6.

n On fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut
Brundusij uisurus essem, idq; ad multa pertinere
ut meis, & ut in Epeiro consisteremus, & de reliquis
rebus tuo consilio uteremur. quoniam id non contigit,
erit hoc quoq; in magno numero nostrorum malorum.
Nobis iter est in Asiam, maxime Cyzicum. tibi meos
commendo. me uix, misereq; sustento. Vale. Dat.
24. Cal. Maij, Tarenti.

*cum tunc Asia in
propontide, ab
hemeris coheret.*

M. T. C. T. P. Attico. S. A. 3. 26.

p Ost tuum à me discessum litera mihi Roma
allatae sunt, ex quibus prospicio nobis in hac
calamitate tabescendum esse. neq; enim (sed bonam
in partem accipies) si ulla spes salutis nostrae subesset, tu
pro tuo amore discessisses. sed ne ingrati, aut ne omnia
uella nobiscum unà interire uideamur, hoc omitto,
illud abs te peto, des operam, illud quod mihi affirma-
stisti, ut te ante Calen. Ianu. ubicunq; erimus, sistas.
Vale.

*" à me hoc tem-
pore "*

M. T. C. T. P. Attico. S. A. 3. 16.

C 5 Totum

L I B E R

late
 t Otum iter mihi incertum facit expectatio li-
 terarum tuarum Calend. Sextil. datarum, non
 aliud aliquid, si spes erit, Epeirum, sin minus Cyzi-
 cū, aut aliud quid sequemur. tuæ quidem literæ, quo
 sepius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi mino-
 rem, quàm cum lætæ sunt. tum id, quod attulerūt ad
 spem, infirmant, ut facile appareat te & cōsolationi
 seruire, & ueritati. idq; te rogo plane, ut ad me, q̄
 scis, ut erunt, quæ putabis, ita scribas. Vale. Dat. 12.
 Calen. Septemb.

M. T. C. T. P. ATTICO S.
 ad Attic. lib. 3. Epist. 18.

e Xpectationem nobis non paruam attuleras,
 cum scripseras ^{M. Terentii} Varronem tibi pro amicitia
 confirmasse, causam nostram Pompeium certe susce-
 pturum, & simul ac à Cæsare ei literæ, quas expecta-
 ret, remissæ essent, authorem etiam daturum. utrum
 id nihil fuit? an aduersatæ sunt Cæsaris literæ? an est
 aliquid in spe? etiam illud scripseras eundem secun-
 dum comitia dixisse. Fac, si uides quantis in malis ia-
 ceam, & si putas esse humanitatis tuæ, me fac de to-
 ta causa nostra certiozem. nam Quintus Frater ho-
 mo mirus, qui me tam ualde amat, omnia mittit spei
 plena, metuens credo defectionem animi mei, tuæ au-
 tē literæ sunt uariæ, neq; enim me desperare uis, nec
 temere

temere sperare. Fac obsecro te, ut omnia, quæ à te prospici possunt, sciamus. Vale.

M. T. C. T. P. Attico. S. A. 3. 11.

m E & tuæ literæ, & quidam boni nuntij, non optimis tamen authoribus, & expectatio uestrarum literarum, & quod tibi ita placuerat adhuc Thessalonica tenebant. si accepero literas, quas expecto, si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam, si nō erit, faciam te certiores, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia iuuas. consolari iam desine, obiurgare uero noli, quod cum facis, ut ego tuum amorem, & dolorem desydero, quem ita affectum mea erumna esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintū Fratrem optimum humanissimumq; sustenta. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. Vale. Dat. 4. Cal. Quintil.

M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

At. lib. 3. epist. 4.

m Iseriæ nostræ potius uelim, quam inconstantiæ tribuas, quod à Vibone, quo te arcesseramus, subito discessimus, allata est enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum esse audieramus erat, huiusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. illò cum peruenire non
liceret

LIBER

liceret, statim iter Brundusium uersus contuli ante diem rogationis, ne & Sicca apud quem eram, periret, & quod Melita esse nō licebat. Nunc tu prope-
ra, ut nos consequare, si modo recipiemur. adhuc in-
uitamur benigne, sed quod superest, timemus. Me mi
Pompou ualde pœnitet uiuere, qua in re apud me
tu plurimum ualuisti. sed hæc coram, fac modo, ut
uenias. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO

S. D. A. 1. 10.

¶ Siam Quinto suauissimo fratri obtigisse au-
disti, non enim dubito, quin celerius tibi hæc
rumor, q̄ ullius nostrum literæ nuntiarint. Nunc,
quoniam & laudis auidissimi semper fuimus, & præ-
ter ceteros φιλέλληνας & sumus, & habemur, &
multorū odia, atq; inimicitias reip. causa suscepimus
παντοίῃσ' ἄρετῆσ' μιμνήσκω. curaq; & effice,
ut ab omnibus & laudemur, & amemur. His de re-
bus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi
Quinto dabo. Tu uelim me certiolem facias, quid de
meis mandatis egeris, atq; etiam, quid de tuo nego-
tio. Nam, ut Brundusiū profectus es, nullæ mihi abs
te sunt redditæ literæ. Valde aueo scire, quid agas.
Id. Martijs. Vale.

Cicero laudis
auidissimus.

M. T.

M. T. CICERO T. P. Attico S. A. 2. 10.

¶ Olo ames constantiam meam, ludos Antij spectare non placet. Est enim ὑποσολοικου, cum uelim uitare omnium deliciarū suspicionem repente ἀναφάειν. Sed non solum delicate, sed etiam inepte peregrinantiem. Quare usq; ad Non. Maias te in Formiano expectabo. Nunc fac, ut sciam, quo die te uisuri sumus. Ab Appij foro hora quarta dederam aliam paulo ante à tribus tabernis. Vale.

M. T. CICERO T. P. Attico S. A. 2. 11.

¶ Arro tibi planè, relegatus mihi uideor, postea *Dropo:*
quàm in Formiano sum. dies enim nullus erat, *ro*
Antij cum essem, quo die non melius scirem Romæ
quid ageretur, q̄ ij, qui erant Romæ & enim literæ *Confir: rōis*
tuæ nō solum quid Romæ, sed etiam quid in Repub. *Amph: by.*
neq; solum quid fieret, uerum etiam quid futurum es
set, indicabant. Nunc, nisi si quid ex prætereunte uia-
tore exceptum est, scire nihil *ex copio* possumus. Quare quam
quam iam te ipsum expecto, tamen isti puero, quem *Conclusio optie*
ad me statim iussi recurrere da ponderosam aliquam
epistolam plenam omnium non modo actorum, sed
etiam opinionum tuarū, ac diem, quo Roma sis exi-
turus, cura ut sciam. Nos in Formiano esse uolumus
usq; ad pridie Non. Maias. eò si ante eam diem non
ueneris,

ueneris Roma

te fortasse

L I B E R

*oppidum est uolgaru unde
uero orundus fuit*

ueneris, Roma te fortasse uidebo. nam Arpinū quid
ego te inuitem? ^{aliqua} hac igitur, cura ut ualeas.

M. T. CICERO T. P. Attico. S. A. 3. 13

q̄ Vod ad te scripseram, me in Epeiro futurum,
posteaquam extenuari spem nostrā, & euane-
scere uidi, mutauī consilium, nec me Thessalonica cō-
moui, ubi esse constituerā, quoad aliquid ad me de eo
scriberes. Quod proximis literis scripseras fore, uti
secundum comitia aliquid de nobis in Senatu agere-
tur, id tibi Pompeium dixisse. Qua de re, quoniam
comitia habita sunt, tuq; nil ad me scribis, perinde
habebo, ac si scripsisses nil esse, meq; temporis non
longinqui spe ductum esse moleste feram. Quem au-
tem modum te uidere scripseras, qui nobis utilis fore
uideretur, cum nuntiant, qui ueniunt, nullum fore. In
Tr. Pl. Desb. reliqua spes est. quam si expectaro, non
erit, q̄ putes me caussa meae, ac uoluntati meorum
defuisse. Quod me saepe accusas, cur hunc meum ca-
sum tam grauiter feram, debes ignoscere, cum ita me
afflictum uideas, ut neminem unquam nec uideris,
nec audieris. Nam quod scribis te audire, me etiam
mentis errore, ex dolore affici, mihi uero mens inte-
gra est. atq; utinam tam in periculo fuisset, cum ego
ijs, quibus salutem meam charissimam esse arbitra-
bar.

Composita

q ut me paulum

S E C V N D V S.

24

bar, inimicissimis, crudelissimisq; usus sum, qui, ut me paulum inclinari timore uiderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere, & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc quoniam iam est Cyzicum nobis eundum, quò rarius ad me literæ perferentur, hoc uelim, diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Quintū fratrem meum fac diligas, quem ego miser, si incolumem relinquo, non me totum perisse arbitrabor. Vale. Non. Sextil.

M. T. CICERO T. P. Attico. S. A. 3. 14.

e X tuis literis plenus sum expectatiōe de Pompeio, quidnam de nobis uelit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita. quibus absolutis scribis illi placuisse agi de nobis. si tibi stultus esse uideor qui sperem, facio tuo iussu, & scio te me ijs epistolis potius, & meas spes solitum esse remorari. Nunc uelim mihi planè perscribas, quid uideas. Scio nos nostris in multis peccatis in hanc arumnam incidisse, ea si qui casus ex parte correxerint, minus moleste feremus nos uixisse, & adhuc uiuere. Ego propter uicē celebritatē, & quotidianam expectatiōē rerum nouarum nō cōmoui me adhuc Thessalonica, sed iam extrudimur, nō à Planco (nam is quidem retinet) uerū ab ipso loco minime apposito ad tolerandā in tanto
luctu

LIBER

Sūbitij

luctu calamitatem. In Epeirum igitur ut scripseram,
non iui, quod subditi mihi aduersi nuntij uenerant,
& literæ, quare nihil esset necesse quod proxime Italiã
esse. Hinc si aliquid à comitijs audierimus, nos in Asi
am conuertamus, neque adhuc stabat, quò potissimũ,
sed scies. Vale. XII. Calend. Sextil. Thessalonica.

M. T. CICERO T. P. Attico. S. A. 4. 13.

Estorius noster me per literas facit certio rem,
te Roma ad VIII. Idus Maij putare profectũ
esse tardius, quàm dixerat, quod minus ualuis ses, si
iam melius uales, uehementer gaudeo. Velim domũ
ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus,
ac si ipse adesses, cum cæteri tum Varronis. Est enim
mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos,
quos in manibus habeo, quos ut spero, tibi ualde pro
babo. Velim si quid forte noui habes, maxime à
Quinto Fratrem, deinde à C. Cæsare, & si quid de co=
mitijs, de rep. forte (soles enim tu hæc festine odora=
ri) conscribas ad me. si nihil habebis, tamen scribas
aliquid. nunquã enim mihi tua epistola aut intempesti=
ua, aut loquax uisa est. Maxime autem rogo, rebus
tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quam
primum reuistas. Dionysium iube saluere. Cura, ut
ualeas.

M. T.

Trebula oppidum campaniae mediterraneae.
ut scribit Ptolemaeus.

SECVNDVS.

25

M. T. CICERO P. At. S. A. 5. 3.

a D quintū Iduum Maij ueni in Trebulanum ad
 Pontū, ibi mihi tuae literae binae redditae sunt reddere
 tertio abs te die. eodē autē ex Pōpeiano Philotimo de Dare
 derā ad te literas, nec uero nunc erat sanē quid scribere scribere
 rem, qui de repub. rumores scribe quaeso. In oppidis
 enim summū uideo timorem. sed multa inania, quid de
 ijs cogites, & quando, scire uelim. Ad quas literas tibi Accipere
 rescribi uelis, nescio. nullas enim adhuc acceperam,
 praeter quae mihi binae semel in Trebulano redditae
 sunt. quarum altera edictum Publij Licinij habebant.
 erant autem Non. Maij. datae, altera scriptae ad meas
 Minturnenses. quam uereor ne quid fuerit *σπουδαίου*
τερον, in ijs, quas non accepi, quibus rescribi uis. Lentuā rescribere ad
 lum ponam tecum in gratiam. Dionysius nobis cordi. Cordi esse.
 est. Nicanor tuus operā mihi dat egregiam, iam deest Dare opam
 quid scribam, & licet Beneuenti cogitabam hoc de no
 stra continentia, & diligentia esse satis, faciemus satis. facere satis.
 A L. Pontio, ex Trebulano ad V. Idus Maij. *ponere aliquē in gratiam*

M. T. CICERO T. P. At. S. A. 5. 6.

t Arentum ueni ad ^{16. Maij} XV. Cal. Iun. quod Pontia pro
 num statueram expectare. commodissimum di
 xi dies eos, quoad ille ueniret cum Pompeio consume
 re, eoq; magis, quod ei gratum esse id uidebam. quia
 etiam a me petierat, ut secum & apud se essem quotia Ampli.

Tarentū ciuitas ē Calabriae d. e.
 bria a Taro filio Neptūni
 cōdita & nōiata.

L I B E R

Ab vñli

Altera pars

20

die, quod concessi libenter. multos enim eius præclara
ros de rep. sermones accipiam, instruar etiam consi-
lijs idoneis ad hoc nostrum negotium. sed ad te breui-
or iam scribendo incipio fieri, dubitans Romæ ne sis,
an iam profectus. quod tamen quoad ignorabo, scri-
bam aliquid potius, quàm committam, ut tibi cum pos-
sint reddi à me literæ, non reddantur. nec tamen iam
habeo quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandavi om-
nia quidem, quæ tu, ut polliceris exhauries. narrabo
cum aliquid habeo noui. Illud tamen non desinam, dum
adesse putabo, de Caesaris nomine rogare, ut conse-
ctum relinuas. Auide expecto tuas literas, & maxi-
me, ut norim tempus profectiois tuæ, Vale.

T. P. ATTICO A. 7. 4.

d Ionysium flagrantem desiderio tui misi ad te
nec mehercule æquo animo, sed fuit conceden-
dum. Quem quidem cognoui cum doctum (quod mi-
hi ante erat notum) tum sanctum, plenum officij, stu-
diosum etiam meæ laudis, frugi hominem ac, ne liber-
tinum laudare uidear planè uirum bonum. Pompeium
uidi III. Idus Decembris fuimus unà horas duas for-
tasse, magna letitia mihi uisus est affici meo aduentu
de triumpho hortari, suscipere parteis suas, monere, ne
ante in Senatum accederem, quàm rem consecissem,
ne dicendis sententijs aliquem tribunum alienarem.

Quid

Quid queris? in hoc iudicio, & officio sermonis nihil potuit esse prolixius. de rep. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellū haberemus, nihil ad spem concordie. planē illum ab se alienatum cum ante inteligeret, tum uero proxime iudicasse, uenisse Hircium a Cesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse. & cum ille ad VIII. Idus Decemb. uesperu uenisset. Balbus de tota re constituisset. ad VII. Idū ad Scipionem ante lucem uenisse, multa de nocte profectum esse ad Caesarem. hoc illi ^{de se} ~~re~~ ^{de se} uidebatur esse alienationis. Quid multa? nihil me aliud consulatur, nisi quod illum, cui etiam inimici alterum consolatum, fortuna summam potentiam dederat non arbitror fore tam amentem, ut hæc in discrimen adducat, quod si rueret ceperit, ne ego multa timeo, quæ nō a deo scribere, sed ut nunc est ad 3. Non. Ian. ad urbem cogito. Vale.

T. P. Attico. A 7. 6.

p Lanē deest quod ad te scribam. nota omnia tibi sunt. nec ipse habeo à te quid expectem. Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. De rep. ualde timeo, nec adhuc serē inuui, qui non concedendū putaret Cesari quod postularet, potius q̄ ad depugnandū.

d 2 Est

LIBER

Est illa quidē impudens postulatio opinione ualētior:
 Cur autē nunc primū ei resistamus, ὅτι ἄρα αὐτὸν τῶν
 μισθῶν ἐπιτοίῃ κακῶν, quām cū quinquenniū proro-
 gabamus, aut cum ut absentis ratio haberetur, fereba-
 mus. nisi forte hęc illi tum arma dedimus, ut nunc cum
 bene parato pugnaremus. Dices, quid tu igitur sensu-
 rus es? non idem, quod dicturus. sentiam enim omnia
 facienda, ne armis decertetur. dicam idem, quod Pom-
 peius, neq; id faciam humili animo. sed rursus hoc per
 magnum Reip. malum est, & quodammodo mihi præ-
 ter ceteros. Non rectum me in tantis rebus à Pompe-
 io disfidere. Vale.

T. P. Aittico. A. 7. 9.

s Vbito consilium cepi, ut ante, quām luceret,
 exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo, li-
 storibus præsertim laureatis. De reliquo, neq; hercule
 quid agam, nec acturus quid sim, scio, ita sum pertur-
 batus temeritate nostri amentissimi consilij. Tibi uero
 quid suadeam? cuius ipse consilium expecto? Cneus no-
 ster, quid consilij ceperit, capiat uē, nescio, adhuc in op-
 pidis coarctatus, sed stupent omnes. si in Italia consi-
 stat, erimus unā. sine edet, consilij res est adhuc incer-
 ti. Nisi ego insanio, stulte omnia, & incaute agi iudico.
 Tu quæso ad me crebro scribe, uel quod in buccam ue-
 nerit. Vale.

T. P.

occupatio

de.

T. P. Attico. A 7. 17.

nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam eam
epistolam, quam eram elucubratus ad te non
dedi. erat enim plena spei bonæ, quod & concionis vo-
luntatem audieram, & illum conditionibus usurum
putabam, præsertim suis. Ecce tibi IIII. Nonas
Feb. mane, accepi literas tuas, Philotimi, Furnij. Curio-
nis ad Furniū quibus irrident L. Cæsaris legationem.
Planè oppressi uidemur, nec quid consilij capiā, scio,
nec me hercule de me laboro. de pueris quid agam, nō
habeo. Capuam tamen proficiscebar hæc scribens, quo
facilius de Pompeij rebus cognoscerem. Vale.

*De concilianda pace.
inter pompeium
& cæsarem.*

T. P. ATTICO. Ad Attic.

lib. 7. Epist. 16.

Reuiloquentem iam me tempus ipsum facit
pacem enim desperavi. Bellum nostri nullum
administrant. Caue enim putes quicquam esse mino-
ris, his Coss. quorum ego spe audiendi aliquid, & co-
gnoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam
ueni pridie Non. ut eram iussus. Illi autem nondum ue-
nerant, sed erant uenturi, inanes, imparati. Cn. autem
Luceriæ dicebatur esse, & adire cohorteis Legio-
num uicinarum non firmissimarum. At illum ruerere
nunciant, & iam, iamque adesse, non, ut manum conse-
rat (qui cum enim?) sed, ut fugam intercludat. Ego au-

d 3 tem.

L I B E R

sem in Italia ^{ἐν Ἰταλίᾳ} ^{προφίγῃ} ^{ἐκείνῳ} ^{ἐπιπέμῃ} ^{ἐπιπέμῃ} nec te id consulo,
 sin extra, quid ago? ad manendum hyems, lictores, im-
 prouidi, & negligētes Duces. ad fugam hortatur ami-
 citia. Cn. causa bonorum. turpitudō coniungendi cum
 Tyranno. Qui quidem incertum est, Phalarum ne, an
 Pisistratum sit imitaturus. Hæc uelim ^{ἐπιπέμῃ} explices, & me
 iuues cōsilio. Et si te ipsum istic iā ^{ἐπιπέμῃ} carere puto. sed ta-
 mē quantū poteris. Ego siquid hic hodie noui cogno-
 ro, scies. iam enim aderunt Coss. ad suas ^{ἐπιπέμῃ} Nonas. Tuas
 quotidie literas expectabo. Ad has autem, cum pote-
 ris, rescribas. Mulieres, & Cicrones in Formiano re-
 liqui. Vale.

T. P. ATTICO. Ad Attic.

li. 7. Epist. 20.

p Edem in Italia uideo nullum esse, qui nō in ista
 us potestate sit. De Pompeio scio nihil, eūq;
 nisi in nauim se contulerit, exceptum iri puto. O cele-
 ritatem incredibilem. Huius autem nostri. Sed nō pos-
 sum sine dolore accusare eum, de quo angor, & cruci-
 or. Tu ^{ἐπιπέμῃ} cædē non sine causa times, nō quo manus quic-
 quam Cæsari expediat ad diuturnitatē uictoriae, & do-
 minationis, sed uideo, quorum ^{ἐπιπέμῃ} arbitrio sit acturus. Re-
 cte sic censeo ^{ἐπιπέμῃ} cedendum de oppidis ijs. egeo consilij.
 quod optimum factu uidebitur, facies. cum Philotimo
 loquere, atq; adeo Terentiam habebis Idibus. Ego
 quid

quid agam? qua aut terra, aut mari persequar eum, qui ubi sit nescio? Et si terra quidem, qui possum. mari, quo traiciam. Igitur istic me fac posse tuto. Multi enim hortantur. num etiam honeste? Nullo modo quidem à te petam consilium, ut soleo. Explicari res non potest, sed tamen si quid in mentem uenit, uelim scribas, & ipse quid sis acturus. Vale.

M. T. P. ATTICO. A. 7. 22.

p Hilotimi literæ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce postridie Cassij literæ Capua à Lucretio familiaris eius, Nigidium à Domitio Capuam uenisse eum dicere, Vibullium cum paucis militibus è Piceno currere ad Cn. confestim insequi Cæsarem. Domitium non habere militum uim. Idem scripsit Coss. Capua discessisse. Non dubito quin Cn. in fuga sit. modo effugiat. A consilio fugiendi, ut tu censes, absum. Vale.

T. P. Attico. A. 7. 23.

c Vm dedissem ad te literas triste is, & metuo, ne ueras de Lucretij ad Cassium literis Capuam missis. Cephalio uenit ad nos. attulit etiam à te literas hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaq; que
d 4 nolim

LIBER

neglim. Rem miseram. malas causas semper obtinuit,
in optima concidit. Quid dicam, nisi illud? eum nescisse
se neq; enim erat difficile. hoc nescisse. Erat enim ars
difficilis recte remp. regere. Sed iam, iamq; omnia scie
mus & scribemus ad te statim. Vale.

T. P. Attico A. 8. 7.

Num etiam restat amico nostro ad omne de
decus, ut Domitius non subueniat at nemo du
bitat quin subsidio uenturus sit. Ego non puto. De se
ret igitur talem ciuem? & eos una quos is secum ha
beat? praesertim ex ipso cohorteis triginta? Domitius
(nisi me omnia fallunt) de se incredibiliter pertimuit.
nihil spectat, nisi fugam, cui tu (uideo enim quid senti
as) me comitem putas debere esse. Ego uero quem fugi
am, habeo, quem sequar, non habeo. Quod. n. tu meum
consilium laudas, & memorandum dicis, malle quod
dixerim, me cum Pompeio uinci, quam cum istis uince
re. Ego uero malo, sed illo Pompeio, qui tum erat, aut
qui mihi disse uidebatur. Cum hoc uero, qui ante fugit,
quam sciat, quem fugiat, aut quo, qui nostra tradidit,
qui patriam reliquit, Italiam deseruit. Si malui, contigit
tunc uictus sum. quid supersti? nec ista uidere possum,
quae nunq; timui, ne niderem, nec me hercule istum, pro
pter quem mihi non modo meis, sed memetipso carendum
est. Ad Philotimum scripsi de uiatico, siue a Moneta
nemo

nemo enim soluit, siue ab Oppijs tuis contubernali-
bus. Cetera apposita tibi mandabo. Vale.

CN. POM. PROCONS. M. T. CI-
ceroni Imp. S. A. 8. 14.

t Vas literas libenter legi. Recognoui enim tu-
am pristinam uirtutem etiam in salute com-
muni. Coss. ad eum exercitum, quem in Appulia ha-
bui uenerunt. Magnopere te hortor pro tuo singula-
ri, perpetuoq; studio in rep. ut te ad nos conferas,
ut communi consilio reip. afflictæ opem, atq; consi-
lium feramus. Censeo uia Appia iter facias, & cele-
riter Brundusium uenias. Cura, ut ualeas.

Narratūcula de
Coss:

CN. POMPEIUS. PROCOS. L. DO-
mitio Procos. S. A. 8. 18.

m Iror te ad me nihil scribere, & potius ab alijs,
quàm à te de rep. certiozem fieri. Nos dis-
iecta manu pares aduersarijs esse non possumus. con-
tractis nostris copijs, spero nos, & reip. & saluti cō-
muni prodesse posse. Quam ob rem cum constituif-
ses, ut Vibullius mihi scripserat ad 5. Id. Februa. Cor-
finio proficisci cum exercitu, & ad me uenire, mi-
ror, quid causa fuerit, quare consilium mutaris. Nam
illa causa, quā mihi Vibullius scribit, leuis est, te pro-
pterea moratū esse, qd' audieris Casarem firmo pro-
d s gressu

studm̄ pro
reipub: Pom:

L I B E R

gressu in castrum Truentium uenisse. Quanto enim magis appropinquare aduersarius ceperat, eo tibi celerius agendum erat, ut te mecum coniungeres, prius quam Caesar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Quam ob rem etiam te rogo, et hortor id quod non destiti superioribus literis a te petere, ut primo quoque die Luceriam aduenires ante, quam copiae quas instituit Caesar contrahere, in unum locum coactae, nos a nobis distrahant. sed, si erunt, qui te impediunt, ut illas suas seruent, aequum est me a te impetrare, ut cohortes, quae ex Piceno, et Camerino uenerunt, quae fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. Vale.

CN. POMP. L. DOMITIO. S.

Ad Attic. lib. 8. Epist. 20.

Itera mihi a te reddita sunt ad XIII. Calendarum Mart. in quibus scribis, Caesarem apud Corfinium castra posuisse, quod putavi, et praemonui. Fit, ut nec in praesentia comittere tecum praeliu uelit, et omnibus copijs conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit, atque istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum uoluntate dubitamus quo magis etiam tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum quos mecum habeo, uoluntati satis confido, ut de omni-

bua

bus fortunis reip. dimicem. Neq; etiam, qui ex delecti-
bus conscripti sunt, à Coss. conuenerunt. Quare da
operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut
te explices, & huc quàmprimum uenias, ante, quàm
omnes copiae aduersariorum conueniant. Neq; enim
celeriter, huc homines conuenire possunt, & si con-
uenirent quantum ijs committendum sit, quòd inter
se noti sunt, contra ueteranas legiones, nò te prate-
rit. Vale.

T. P. Attico A. 6. 21.

1 Ippitudinis meae signum tibi sit librarij manus
& eadem causa breuitatis, & si nunc quidem
quod scriberem, nihil erat. omnis expectatio nostra
erat in nuntijs Brundusinis. si nactus hic esset Cn. no-
strum, spes dubia pacis, sin ille ante transmisset, ex
iciofi belli metus. Sed uides ne, in quem hominem in-
ciderit resp? quàm acutum? quàm uigilantem? quàm
paratum? Si mehercule neminem occiderit, nec cuiq;
quicq; ademerit, ab ijs, qui eum maxime timuerant
maxime diligetur. multum mecum municipales ho-
mines loquuntur, multum rusticani. nihil prorsus
aliud curant, nisi agros, nisi uillulas, nisi numulos su-
os. Et uide q̄ conuersa res est: illum, quo antea confi-
debant, metuūt, hunc amant, quem timebant. id quare
tis nostris peccatis, uilijsq; uenerit, non possum sine
molestia

Mala nò deo
sed peccatis no-
stris, & uilijs
tribuenda.

LIBER

molestia cogitare. Quæ autem impendere putaram,
scripseram ad te, & iam tuas literas expectabam.
Vale.

C. CAESAR. M. T. CICERONI. S. A. 9. 5.

¶ Vm Furnium nostrum tantū uidissem, neq; lo-
qui, neq; audire me commode potuisset pro-
perantem, atq; essem in itinere præmissis iam legio-
nibus, præterire tamen non potui, quin & scriberem
ad te, & illum mitterem gatasq; agerem. Et si hoc
officium sepe, & sæpius mihi facturum uideor, ita de
me mereris. In primis à te peto, quoniam confido me
celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam ut tuo
consilio, gratia, dignitate, ope omniū rerum uti pos-
sim. Ad propositum reuertar, festinationi meæ, bre-
uitatiq; literarum ignosces, reliqua ex Furnio cog-
nosces. Vale.

Ad propositum
reuertar.

C. CAESAR. C. OPPIO, ET L. COR-
nelio Balbo. S. A. 9. 8.

¶ Audeo mehercule uos significare literis, quæ
ualde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt
gesta. consilio uestro utar libenter, & hoc libentius,
quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenis-
simum me præberem, & Pompeium, darem operam
ut reconciliarem. Tentemus hoc modo si possumus
omniū uoluntates recuperare, & diuturna uictoria
uti,

uti, quando reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neq; uictoriam diutius tenere præter unum L. Syllam, quem imitaturus non sum. Hæc noua sit ratio uincendi, ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. Id enim quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem ueniunt, et multa reperiri possunt. De ijs rebus rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi scilicet, & meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Iam duo præfecti fabriam Pompeij in meam potestatem uenerunt, & à me missi sunt. Si uolent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus, quàm ijs, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi. quorum artificijs effectum est, ut respub. in hunc statum perueniret. Vale.

M. T. CICERO. C. C. CAESARI. S. A. 9. 14.

¶ T legi tuas literas, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te uelle uti consilio, & dignitate mea, minus sum admiratus. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse querebam, spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili, ac singulari sapientia, de ocio, de pace, de concordia ciuium agi uelle arbitrarer. & ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam, & personam meam, quod
si ita

LIBER

Si ita est, & si qua de Pompeio nostro tuendo, et tibi,
 ac reip. reconciliando, cura te attingit, magis idone-
 um q̄ ego sum, ad eam causam profecto reperies ne-
 minem, qui & illi semper & Senatui cum primum
 potui, pacis author fui. Nec sumptis armis belli ullā
 partem attigi, iudicaviq; te eo bello violari, contra
 cuius honorē populi R. beneficio concessum, inimici
 atq; invidi niterentur, sed, ut eo tempore non modo
 ipse author dignitatis tuæ fui, verumetiam cæteris
 author ad te adiuuandū, sic me nunc Pompeij digni-
 tas uehementer mouet. Aliquot enim sunt anni, cum
 uos duos elegi, quos præcipue colerem. & quibus es-
 sem, sicut sum, amicissimus. Quamobrem à te peto,
 uel potius precibus omnibus oro, & obtestor, ut in
 tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic
 quoq; cogitationi, & tuo beneficio bonus uir, gra-
 tus, pius deniq; esse in maximi beneficij memoria
 possim. Quæ si tantum ad meipsum pertinerent, spe-
 rarem me à te tamen impetraturum, sed, ut arbitror
 & ad tuam fidem, & ad remp. pertinet, me & pacis
 utriusq; uestrum, & ad ciuium concordiam, per te,
 quàm accommodatissimum cōseruari. Ego, cum an-
 te tibi de Lentulo gratias egissem, cum eius salutem,
 qui mihi fuerat, fuisses, tamen eius literis lectis, quas
 ad me gratissimo animo de tua liberalitate, benefi-
 cioq; misit eandem me salutem à te accepisse putavi.
 quam

quam ille, in quem si me intelligis esse gratum cura
obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim. Vale.

L. Cor. BALB. M. T. CICERONI. IMP.

S. D. A. 9. 17.

e Aesar nobis literas per breues misit, quarum
exemplum subscripsi, breuitate epistolae sci-
re poteris eum ualde esse distentum, qui tanta de re
tam breuiter scripserit. si quid praeterea noui fuerit,
statim tibi scribam. Caesar Oppio, Cornelioq; S. Ad
VII. Iduum Mar. Brundisium ueni, ad murum castra
posui. Pompeius est Brundisij, misit ad me Cn. Magi-
um de pace. quae uisa sunt, respondi. Hoc uos statim
scire uolui. cum in spe uenero de compositione aliquid
me coficere, statim uos certiores faciam. Valete. Quo-
modo me nunc putas mi Cicero torqueri. postquam
rursus in spem pacis ueni, ne qua res compositionem
eorum impediatur? Namq; quod absens facere possum,
opto. quod si una essem, aliquid fortasse proficere
possem. Nunc expectatione crucior. Vale.

Exemplar
Praxum Ca.
saris ad opp.
Cornelium.

T. P. ATTICO A. 10. 2.

e Go cum accepissem tuas literas Nonis Aprilie
bus, quas Cephelio attulerat, essemq; Mintur-
nis postridie mansurus, protinus sustinui me in Ar-
cano fratris, ut dum aliquid certius afferretur oc-
cultiore in loco essemus, agerenturq; nihilomi-

nus

LIBER

nus quæ sine nobis agi possunt. Iam adest, & animus ardet, nec est quicquam quò, & quà. sed hæc nostra erit cura, & peritorum. Tu tamen, quod poteris, ut adhuc fecisti, nos consilijs iuuabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omnia. sine spe conamur, ulla. Melius siquid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum, de quo ad me Tullia mea scripsit. sed & tempus alienum est, & homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nollem, cui te meo nomine inimicum esse nolo. Vale.

CAESAR IMP. M. T. CICERONI
IMP. S. A. 10. S.

e T si te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, ne quò progredereris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Namq; & amicitiae grauiorem iniuriam feceris, & tibi minus comode consulueris, quod minus placet, si non fortunæ obsecutus fueris, ut debes. Omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse uidentur, nec causam secutus. eadem enim tum fuit, cum ab eorum consilijs abesse iudicasti, sed meum aliquod factum condemnasse. quo mihi grauius

uius abs te nihil accidere potest. quod ne facias pro
iure nostrae amicitiae a te peto. Postremo quid uiro bo
no, et quieto, et bono ciui magis conuenit, quam abes
se a ciuilib. controuersijs? Quod nonnulli cum proba
rent, periculi caussa sequi non potuerunt. tu explorat
to et uita mea testimonio, et amicitiae iudicio, neq; tu
tius, neq; honestius reperies quicquam, quam ab omni
contentione abesse. Vale. ¹⁷ ^{pr. il.} Quinto decimo Cal. May
ex itinere.

T. P. ATTICO. A. ii. 18.

d E illius ab Alexandria discessu nihil adhuc rum
moris, contraq; opinio, ualde esse impeditum.
Itaq; nec mitto, ut constitueram, Cicronem, et te ro
go, ut me hinc ^{ex hoc loco} expedias. Quoduis enim supplicium le
uius est hac mansione. Hac de re et ad Antonium scri
psi, et ad Balbum, et ad Oppium. Siue enim bellum in Ita
lia futurum est, siue classibus utetur, hic esse me minime
conuenit, quorum fortasse utrunq; erit. Alterum cer
te intellexi omnino ex Opii sermone, quem tu mihi
scripsisti, quae istorum uia esset. sed, ut eam flectas, te
rogo. Nihil omnino iam expecto, nisi miserum. Sed
hoc perditius, in quo nunc sum, fieri nil potest. Qua
re cum Antonio loquere uelim, et cum istis, et rem
ut poteris, expedias, et mihi quamprimum de omnia
bus rebus rescribas. Vale XII. Calendarum Quintil.

e T. P.

LIBER

T. P. ATTICO A. 11. 19.

e • Vm tuis dare possem literas, non prætermisi,
 etsi, quid scriberem, non habebam. Tu ad nos
 & rarius scribis, quam solebas, & breuius. Credo
 quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut
 audire posse. Veruntamen uelim, quid erit, qualecunq;
 erit scribas. Est autem unum, quod mihi sit optandum,
 si quid agi de pace possit, quod nulla equidem habeo
 in spe, sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me
 sperare, quod optandum uix est. Philotimus dicitur se
 cedere Idib. Sextil. nihil habeo de eo amplius. Tu ue-
 lim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea scripsi. Mihi
 tantum temporis satis est dum in pessimis rebus ali-
 quid caueam, qui nihil unquam caui. Vale. ²² XI.
 Calendarum Sextil.

M. ANTONIVS COS. M. T. CICE-
 roni. S. A. 14. 9.

o Ccupationibus est factum meis, & subitâ tua
 profectioe, ne tecum coram de hac re age-
 rem. quam ob causam uereor, ne absentia mea leuior
 sit apud te, quod, si bonitas tua responderit iudicio
 meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Cæsare pe-
 tij, ut Sestium Clodium restitueret. impetraui. Erat mi-
 hi in animo etiam tum sic uti beneficio eius, si tu con-
 cessisses

cessisses, quo magis laboro, ut & tua uoluntate id p me
 facere liceat. quod si duriozem te eius misera & affli
 ete fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te.
 quanquam uideor deberetueri commentarium Cæsa-
 ris. Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & ama-
 biliter in me cogitare uis, facilem te profecto præbe-
 bis, & uoles P. Clodium in spe optima puerum reposti-
 tum existimare, non te infectatum esse, cum potueris
 amicos paternos. Patere obsecro te p rep. uideri ges-
 sisse simultatem cū patre eius, non contempseris hanc
 familiam. Honestius enim, & libentius deponimus ini-
 micicias reip. nomine susceptas, quàm cōtumaciæ, me
 deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere pue-
 rum, et tenero animo eius persuadere, non esse tra-
 dendas posteris inimicitias, quanq̄ tuam fortunam Cla-
 cero ab omni periculo abesse certū habeo, tamen arbi-
 tror malle te quietam senectutem, & honorificam po-
 tius agere, quàm sollicitam. Postremo, meo iure te hoc
 beneficium rogo, nihil enim non tua causa feci. Quod
 si non impetro, per me Clodio daturus non sum, ut
 intelligas quanti apud me authoritas tua sit, atq; eo te
 placabiliorem præbeas. Vale.

concessit

Inimicitia nō
sunt traden-
da posteris

M. T. CICERO. L. PLANCO;

Pr. Des. S. A. 16. 14.

e 2 Ignosce

LIBER

i Gnosce mihi, q̄ cum antea accuratissime de Buthrotijs ad te scripserim, eadem de re sæpius scribam. Non mehercule mi Plance facio, q̄ parum cōfidam aut liberalitati tuæ, aut nostræ amicitie, sed cum tãta res agatur Attici nostri, nunc uero etiam existimatio ut id, quod probauit Cæsar, nobis testibus, & ob-signatoribus, q̄ & decretis & responsis Cæsaribus interfueraimus, uideatur obtinere potuisse, præsertim cū tota potestas eius rei tua sit, ut ea, quæ Coss. decreuerunt secundum Cæsaribus decreta, & responsa, non dicã comprobes, sed studiose, libet̄erq̄; comprobes. Id mihi sic erit gratum, ut nulla res gratior esse possit & si iã sperabam, cum has literas accepisses, fore, ut ea, quæ superioribus literis à te petiissemus, impetrata essent, tamen non faciam finem rogandi, quoad nobis nunciatum erit, te id fecisse. quod magna cū spe expectamus. Deinde enim confido fore, ut alio genere literarum utamur, tibiq̄; pro tuo summo beneficio gratias agamus. quod si acciderit, uelim sic existimes, non tibi tam Atticum, cuius permagna res agitur, quàm me, qui non minus laboro, quàm ille, obligatum fore. Vale.

M. T. CICERO. CAPITONI. S.

Ad Attic. lib. 16. Epist. 15.

n On dubito, quin mirere, atq̄; etiam stomachare, quod tecum de eadem re agam sæpius. Ho-
minis

minis familiarissimi & mihi omnibus rebus coniun-
ctissimi permagna res agitur Attici. Cognoui ego tua
studia in amicos, etiam in te amicorum. multum potes
nos apud Plancum iuuare. noui humanitatem tuam.
scio quod sis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa plus
iuuare potest, quam tu, & res ista est firma. ut debet esse,
quam Coss. de Consilij sententia decreuerunt, cum &
lege & S. C. cognoscerent, tamen omnia posita puta-
mus Planci tui liberalitate. quem quidem arbitramur
cum officij tui, & Reip. causa, Decretum Coss. com-
probaturum, tum libenter nostra causa esse facturum.
Adiuuabis igitur mihi Capito. quod ut facias uehemen-
ter etiam, atque etiam rogo. Vale.

F I N I S L I B. I I.

LIBER III.

SERVIVS SVLPITIVS

M. T. C. S. Famil. lib. 4. Epist. 5

P^{ro}steaquam mihi renunciatum est de obitu Tul-
liæ filiae tuæ, sanè quam pro eo, ac debui, graui-
ter, molesteque tuli, communemque eam calamitatem
existimaui, qui si istic affuissem, neque tibi defuissem,
e 3 coramque

L I B E R

eoramq; meum dolorem declarassem. Et si genus hoc
 consolationis minimum, atq; acerbum est, propterea
 quia per quos ea fieri debent propinquos, ac familia-
 res, ipsi pari molestia afficiuntur, neq; sine lachrymis
 multis id conari queunt, ut magis ipsi uideantur alio-
 rum consolatione indigere, q̄ alijs posse suum officium
præstare, tamen quæ in præsentia mihi in mentem
uenerunt, decreui breui ad te perscribere, nō quò eate
fugere existimē, sed qd' forsitan dolore impeditus mi-
nus ea p̄spicias. Quid est, qd' tāt opere te cōmoueat tu-
 us dolor intestinus, cōgita quē admodum adhuc fortuna
 nobiscū egerit, ea nobis erepta esse, quæ hoībus nō mi-
 nus, q̄ liberi cara esse debent. patriā, honestatē. dignita-
 tē. honores omneis, hoc uno incōmodo addito, qd' ad
 dolorē adiungi potuit? aut qui nō in illis rebus exerci-
 tatus animus callere iam debet, atq; oīa minoris æstima-
 re? an illius uicem, credo, doles? quoties in eam co-
 gitationē necesse est ut tu ueneris, & nos sepe incidē-
 mus, hisce temporibus nō pessime cum ijs esse actū, qui-
 bus sine dolore licitum est mortem cum uita commuta-
 re. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad uiuen-
 dum magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes?
 quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente pri-
 mario coniuncta etatem ageret? licitum est tibi (cre-
 do) pro tua dignitate ex hac iuuentute generum deli-
 gere, cuius fidei liberos tuos, te tuto committere puta-
 res.

Articulus sex
 α ω ω δ ε τ ο π .

res. an ut ea liberos ex sese pareret, quos ~~com~~ flor en-
 teis uideret, letaretur? qui rem à parente traditam
 p se tenere possent: honores ordinatim in rep. petitu-
 ri essent? in amicorum negocijs liberalitate sua uteren-
 tur? quid horum fuit, quod non prius, quàm datum,
 ademptum sit? at uero malū est, liberos amittere, ma-
 lum, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quæ
 res mihi non mediocrem consolationem attulit, uolo ti-
 bi commemorare, si forte eadem res tibi minuere do-
 lorem posset. Ex Asia rediens cum ab Aegina Megarā
 uersus nauigarem, cœpi regiones circum circa prospici-
 cere, post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræ-
 us, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore
 florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante
 oculos iacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare, hem,
 nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt,
 aut occisus est, quorum uita breuior esse debet, cum
 uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iacent,
 uis ne tute Serui cohibere, & meminisse hominem
 te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea non me-
 diocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi uidetur,
 fac ante oculos tibi proponas, modo uno tempore tot
 uiri clarissimi interierunt, de imperio præterea tan-
 ta diminutio facta est, omnes prouinciæ conquassatæ
 sunt, in unius muliercule animula si iactura facta est,
 tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suum

LIBER

diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum
 fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce re-
 bus animum ad cogitationem tuam auoca, atq; ea po-
 tius reminiscere, quæ digna tua persona sunt, illam,
 quamdiu ei opus fuerat, uixisse, unâ cum rep. fuisse, te
 patrem suum prætorem, consulem, augurem uidisse,
 adolescentibus primarijs nuptam fuisse, omnibus bonis
 prope perfunctam esse, cū resp. occiderit uita excessis-
 se. Quid est quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine
 quæri possitis? Deniq; noli te obliuisci Ciceronē esse,
 & eum, qui alijs consueueris præcipere, & dare con-
 silium, nec imitari malos medicos, qui in alienis mor-
 bis profitentur se tenere medicinæ scientiā, ipsi se cu-
 rare non possunt, sed potius, quæ alijs tute præcipere
 soles, ea tibi subijce, atq; apud animū propone. NVL-
 LVS DOLOR EST QVEM NON LON-
 GINQVITAS TEMPORIS MINVAT, atq; mol-
 liat. Hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei
 rei sapientia tua te occurrere. Quod si quis etiā infe-
 ris sensus est, q̄ illius amor in te fuit, pietasq; in omneis
 suos, hoc certe illa te facere non uult. Da hoc illi mor-
 tue, da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore
 moerent. da patriæ, ut si qua in re opus sit opera, &
 cōsilio tuo uti possit. Deniq; quoniam in eam fortunā
 deuenimus, ut etiam huic rei nobis seruiendū sit, noli
 committere, ut quisq; te putet, non tam filiam, q̄ reipu-
 tempora,

tempora, & aliorum uictoriam ^{de h} lugere. Plura me ad
 te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentia tua
 diffidere. Quare si hoc unum proposuero, finem fa-
 ciam scribendi. Vidimus aliquoties ^{secunda} pulcher-
 rime te ferre fortunā, magnamq; ex ea re te laudem
 adipisci, fac aliquando intelligamus, aduersam quo-
 q; te aequae ferre posse, neq; id maius, quam debeat ti-
 bi onus uideri, ne ex omnibus uirtutibus hac una ti-
 bi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tran-
 quillio^{re} ^{est} animo esse cognouero de ijs rebus, quae
 hic geruntur quemadmodumq; se pronuncia habe-
 at, certio^{re} faciam. Vale.

M. CICERO SALVTEM DI-
 CIT SERUIO SULPITIO.

Famil. lib. 4. Epist. 6.

Go uero Serui uellem, ut scribis, in meo gra-
 uissimo casu affuisses. Quantū enim praesens
 me adiuuare potueris, & cōsolando, & propē aequae
 dolendo, facile ex eo intelligo, quod literis tuis lectis
 aliquantum adquieui. Nam & ea scripsisti, quae leua-
 re luctum possent, & in me consolando, non medio-
 crem ipse animi dolorem adhibuisti. Seruius tamen
 tuus omnibus officijs, quae illi ^{tempori} tribui potue-
 runt, declarauit, & quanti ipse me faceret, & quā
 suum talem erga me animum tibi gratum putaret fo-
 e s re, cuius

A secunda
 fortuna.

Ab equo &
 honesto.

L I B E R

re, cuius officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt,
 nunquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua
 solum, & ^{comitatus} societas penè ægritudinis, sed etiam autho-
 ritas consolatur. turpe enim esse existimo, me non ita
 ferre casum meum, ut tu tali sapientia præditus fe-
 rendum putas. Sed opprimor interdum, & uix re-
 sisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris
 quorum mihi exempla propono, simili in fortuna
 non defuerunt. Nam & Qu. Maximus, qui filium cō-
 sularem clarum uirum, & magnis rebus gestis amisit
 & L. Paulus qui duos septem diebus, & noster Gal-
 lus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa uirtute
 filium perdidit, ijs temporibus fuerunt, ut eos tum
 ipsorū dignitas consolaretur ea, quam ex repub. con-
 sequebantur, mihi autem amissis ornamentis ijs, quæ
 ipse commemoras, quæq; eram maximis laboribus
 adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptū
 est. Non amicorum negocijs, non reipub. procura-
 tione impediabantur cogitationes meæ, nihil in foro
 agere licebat, aspicere curiam non poteram, existi-
 mabam, id quod erat, omneis me & industriæ meæ
 fructus & fortunæ perdidisse. Sed cum cogitarem
 hæc mihi tecum & cum quibusdam esse communia,
 & cum frangerem iam ipse me, cogere meq; illa ferre
 toleranter, habebam quò confugerem, ubi conquies-
 cerem. cuius in sermone, & suauitate omneis curas,
 doloresq;

Ab exemplorū
 dissimilitudine.

ferre tole-
 ranter.

Traducere tempus.

T E R T I V S.

43

doloresq; deponerem. Nunc autem hoc tam graui
uulnere, etiam illa, quae consenuisse uidebantur, re=
crudescunt. Non enim, ut tum me à repub. m. estum
domus excipiebat, quae leuaret, sic nunc domo mœ=
rens ad rempub. confugere possum, ut in eius bonis
acquiescam. itaq; & domo absum, & foro, quod nec
eum dolorem, quem à repub. capio domus iam con=
solari potest. nec domesticum resp. Quo magis te ex=
pecto, teq; uidere quàm primum cupio. maior mihi
ratio affore nulla potest, quàm coniunctio consuetu=
dinis, sermonumq; nostrorum. quanquam sperabam
tuū aduentum (sic enim audiebam) appropinquare.
Ego autem cum multis de causis te exopto quàm pri=
mum uidere, tum etiam, ut ante cōmentemur inter=
nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus,
quod est totum ad unius uoluntatem accommodan=
dum, & prudentis & liberalis, & (ut perspexisse ui=
deor) nec à me alieni, & tibi amicissimi. Quod cupi=
ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit
inclinanda nobis nō agendi aliquid, sed illius concessu,
& beneficio quiescendi. Vale.

M. C. SALVTEM DICIT L. LV=

ceio. Qu. Filio. F. 5. 12.

c Oram me tecum eadem hęc agere saepe conar=
tem deteriuit pudor quidam penē subrusticus,
quae nunc expromam absens audacius. epistola. n.
non eru=

Cur Sulpitium
desyderet.

Illustrare, Celebrare, Comendare monumentis, et plura vnde peruenit ad nos

LIBER

A posteritatis
Comendatio

Occupatio
obediens

Quod de curia
Sylla & dom
de Sylla
et alii

non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neq; ut ego arbitror, reprehendenda. Nomen ut nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis, quod & si mihi sepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas uelim huic festinationi meae. genus enim scriptorum tuorum & si erat semper a me uehementer expectatum, tamen uicit opinionem meam, meq; ita uel cepit, uel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis, non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut uel auctoritate testimonij tui, uel iudicio beniuolentiae, uel suauitate ingenij, uiui perfruamur. Neq; tamen haec cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premere re susceptarum rerum, & iam institutarum, sed quia uidebam Italici belli, & ciuilem historiam iam penes te esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares coniuncte ne malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Graeci fecerunt, Calisthenes troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historijs ea, quae dixi bella, separauerunt, tu quoq; ita ciuilem coniurationem ab hostilibus externisq; bellis seiungeres, equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse, sed ad properationem meam quiddam interest, non te expecta-

te expectare, donec ad locum uenias, ac statim causam illam totam, & tempus arripere. Et simul si uno in argumento, unaq; in persona mens tua tota uersabitur, cerno iam animo, quanto omnia uberiora, atq; ornatiora futura sint. Neq; tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam, potest enim mihi denegare occupatio tua, deinde etiam, ut ornes me postulem, quid si illa tibi non tantopere uidentur ornanda? **SED TAMEN QVI SEMEL uerecundiae fineis transierit, eum bene, & nauiter oportet esse impudentem.** Itaq; te plane etiam atq; etiam rogo, ut ornes ea uehementius, quam fortasse sentis, & in eo leges historiae negligas; gratiamq; illam, de qua suauissime quodam in pbemio scripsisti, à qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum à uoluptate, ea si me tibi uehementius commendabit, ne aspernere; amoriq; nostro plusculum etiam, quam concedit ueritas, largiari. Quod si te adducemus, ut hoc suscipias, erit (ut mihi persuadeo) materies digna facultate, & copia tua. à principio enim conuersionis usq; ad reditum nostrum uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo & illa poteris uti ciuiliū commutationum scientia, uel in explicandis causis rerum nostrarū, uel in remedijs incommodorum, cum & reprehendes ea, quae uiperan-

L I B E R

tuperanda duces, & quae placebunt exponendis rationibus comprobabis, & si liberius, ut consueuisti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi ueritatem in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam uoluptatis, quae uehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. NIHIL EST ENIM APTIUS Ad delectationem lectoris, quam temporum uarietates, fortunaeque uicissitudines, quae etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundae. HABET ENIM PRAETERITI Doloris secura recordatio delectationem. ceteris uero nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam EPAMINUNDAS non cum quadam miseratione delectat? qui tamen denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum, ut etiam in uulneris dolore equo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituque retinetur? Etenim ordo ipse Annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum, at uiri saepe excellentis ancipites, uariisque casus habent admirationem, expectationem, letitiam, molestiam, spem, timorem, si uero exitu notabili concluduntur.

cluduntur, expletur animus iucundissima lectionis
uoluptate. Quod mihi acciderit optatius, si in hac
 sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in
 quibus perpetuam rerum gestarum historiam com=
 plecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, euen=
 torumq; nostrorum. Habet enim uarios actus, mul=
 tasq; actiones, & consiliorum, & temporum, ac nō
 uereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam
 gratiam uidear, cum hoc demonstrum, me à te potis=
 simū ornari, celebrariq; uelle, neq; enim tu is es qui,
 qui sis nescias, & qui non eos magis, qui te non ad=
 mirentur, inuidos, quam eos, qui laudent assenta=
 tores arbitrere. neq; autem ego sum ita demens, ut
 me sempiternæ gloriæ per eum commendari uelim,
 qui non ipse quoque in me commendando propri=
 am ingenij gloriā consequatur. Neque enim A=
 lexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pin=
 gi, & à Lysippo fingi uolebat, sed quod illorum
 artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore puta=
 bat, atq; illi artifices corporis simulachra ignotis
 nota faciebant, quæ uel si nulla sint, nihilo sunt ta=
 men obscuriores clari uiri. Nec minus enim est Spar=
 tiates ille Agesilaus perhibendus, qui neq; pictam,
 neque fictam imaginem suam passus est esse, quàm
 qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophon=
 tis libellus, in eo rege laudando facile omneis ima=
 gines

Debra ca tur
 assenta non
 suspic iorem

LIBER A

gines hominū, statuasq; superauit, atq; hoc praestantius mihi fuerit, & ad laticiam animi, & ad memorie dignitatem, si in tua scripta peruenero, quam si in cæterorum, quod non ingenium mihi solum suppetatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam authoritas clarissimi, & spectatissimi in repub. maximis, grauissimisq; causis cogniti, atq; in primis probati uiri, ut mihi non solum præconium, quod cum in Sigæum uenisset Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiā graue testimonium impertitū clari hominis, magniq; uideatur, Placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui non tantum laudari se letatur, sed addit etiā à laudato uiro. Quod si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neq; n. fas esse arbitror, quicq; me rogantē abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendūt, scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorū uirorū. Sed quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere uitia, & ut uerecūdius ipsi de se scribant, necesse est, si quid est laudandum, & prætereant, si quid reprehendendum est. accedit etiam, ut minor sit fides, minor authoritas, multi deniq; reprehendant, & dicant, uerecundiores esse præcones ludorum gymniorum, qui cū cæteris coronas imposuerunt uictoribus, eorumq; nomina magna uoce pronunciauerūt,
 cū

cum ipsi ante ludorū missionem coronā donentur, aliū
 præconem adhibeant, ne sua esse uoce ipsi se uictores
 prædicent. Hæc nos uitare cupimus, & si recipis cau-
 sam nostram uitabimus. idq; ut facias, rogamus ac ne
 forte mirere cur, cum mihi sæpe ostenderis te accurat-
 tissime nostrorum temporum consilia, atq; euentus li-
 teris mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam mul-
 tis uerbis petamus, illa nos cupiditas incendit, de qua
 initio scripsi, festinationis, quod alacres animo sumus,
 ut, & cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cogno-
 scant, & nosmetipsi uiui gloriola nostra perfruamur.
 His de rebus, quid acturus sis, si tibi non est molestum,
 rescribas mihi uelim. si enim suscipis causam, confici-
 am commentarios rerum omnium, sin autem differas
 me in tempus aliud, coram tecum loquar, tu interea nõ
 cessabis, & ea quæ habes instituta, per polles, nosq; di-
 liges. Vale.

T. P. ATTICO. A. 8. 3.

m Aximis, et miserrimis rebus perturbatus sum.
 coram tecum mihi potestas deliberandi non
 est, sed uti tamen tuo consilio uolui. Deliberatio autem
 omnis hæc est. Si Pompeius Italia excedat, quod eum
 facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes, &
 quo facilius consilium dare possis, quid in utranq; par-
 tem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Cum me-
 f rit

Adducere *Surez bringe und vider idem*

LIBER.

ad In honesto.

rita Pompeij summa erga salutem meam, familiaritasque que mihi cum eo est, tum ipsa reip. causa me adducit, ut mihi uel consilium meum cum illius consilio, uel fortuna coniungenda esse uideatur, accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum, et clarissimorum cum de sero, cadendum est in unius ^{caesaris} potestatem. qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, & ut esset, à me est (tute scis) propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante pro uisum, tamè utrunque considerandum est, & quanta ei fides sit habenda. Et si maxime exploratum sit, eum nobis amicum fore, sit ne uiri fortis, ei boni ciuis, esse in ea urbe, in qua, cum summis honoribus, imperijsque usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo praedi-
tus, non futurus sit sui iuris, subeundum periculum sit cum aliquo forte dedecore, si quando Pompeius remp. recuperauerit, in hac parte haec sunt. Vide nunc, quae sunt in altera. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter. adde etiam nihil, nisi contra consilium, auctoritatemque meam. Omitto illa uetera, quod istum in remp. ille aluit, auxit, armauit, ille legibus C. Metelli contra auspicia ferendis auctor. ille Galliae ulterioris adiunctor. ille Gener. ille in adoptando P. Clodio augur. ille restituenti mei, quam retinendi studiosior. ille Prouinciae propagator. Ille absentis in omnibus adiutor. Idem etiam tertio consulatu, postquam esse defen-
sor

{ replodere non tantum est eijtere quomocumque
 valla: insulam sed manib; et quidem cum leno p[ro]p[ri]a
 ut p[ro] Joneo Complodere en adversas manus collide
 quod f[er]re p[ro]p[ri]a s[ed] de causis v[er]o ad v[er]o sic inq[ui]t valla

TERTIVS

sor reipub. coepit, contendit, ut decem Tr. Pl. ferrent, ^{ref. ficandum more}
 ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lea ^{feminam dolo}
 ge quadam sua, Marcoq; Marcello Cos. finienti Proa ^{ut p[ro] gaudio}
 untias Gallias Calendis Martij restitit. Sed ut haec ^{ut p[ro] admira}
 omittam, quid foedius? quid perturbatius hoc ab urbe ^{tionem}
 discessu? siue potius? turpissima fuga? Quae conditio
 non accipienda fuit potiusquam relinquenda patria?
 Male conditiones erant, fateor, sed nunquid hoc pe-
 ius? At recuperabit rempubli. Quando? aut quid ad
 eam spem est parati? Non ager Picenus amissus, non
 patefactum iter ad urbem? non pecunia omnis & pub-
 lica, & priuata aduersario tradita? Deniq; nulla cau-
 sa, nulla vires, nulla sedes, quo concurrant, qui rem p[ro]-
 defensam uelint. Apullia delecta est inanissima pars
 Italiae, & ab impetu huius belli remotissima. fuga,
 & ^{ut p[ro] gaudio}maritima opportunitas uisa quae desperatione
 Inuite cepi Capuam, non quo munus illud desugerem,
 sed sine causa, in qua nullus esset ^{coceptum}ordinum, nullus aper-
 tus priuatorum dolor, bonorum autem erat aliquis
 sed hebes. ut solet, & ut ipse sensi rem, multitudo &
 infimus quisq; propensus in altera partem. Multi muta-
 tionis reru cupidi. Dixi ipsi me nihil suscepturum sine
 presidio, et sine pecunia. itaq; habui nihil omnino ne-
 gocij, quod ab initio uidi, nihil quaei praeter fuga, ea s[ed]
 nunc sequor, quo nam? cu illo non, ad que cu essem pro-
 fectus, cognoui in his locis esse Caesarem, ut tuto ^{ut p[ro] gaudio}

f 2 riam

LIBER

per comoda
 riam uenire nō possem. In fero mari nobis incerto cur-
 su, hyeme maxima nauigandum est. Age iam cum fra-
 tre? an sine? cum filio? an quomodo? In utraque enim
 re summa difficultas erit, summus animi dolor. Qui
 autē impetus illius erit in nos absentes, fortunasq; no-
 stras? acrior, quā in ceterorum. quod putabit fortas-
 se in nobis uiolandis aliquid se habere populare. Age
 iam has compedes, fasces inquam hos laureatos, hæc
 ferre ex Italia quā molestum est. Qui autem locus
 erit nobis tutus, ut iam placatis utamur fluctibus, ante,
 q̄ ad illum uenerimus? Qua autem, aut quō, nihil sci-
 mus. At si restitero, & fuerit nobis in hac parte lo-
 cus, idem fecero, quod in Cinna dominatione, & Ma-
 rij Tyrannide Philippus, quod L. Flaccus, quod Quin-
 tus Mutius, quo quomodo ea res huic qdem cecidit, qui
 tamen ita dicere solebat, se id ferē uidere, quod factū
 est, sed hoc malle, quam armatum ad patriæ moenia ac-
 cedere. Aliter Thrasibulus & fortasse melius, sed est
 certa quædam illa Mutij ratio, atq; sententia. est etiam
 illa Philippi. Et cum sit necesse seruire tempori, &
 non amittere tempus, cum sit datum, sed in hoc ipso
 habent tamen ijdem fasces molestiam, sit enim nobis
 amicus, quod incertum est, sed sit, deseret triumphum
 non accipere, ne periculosum sit? an accipere inuidio-
 sum ad bonos? O rem inquis difficilem, & inexplica-
 bilem. At qui explicanda est. Qui enim fieri potest? ac-
 ne me

ne me existimaris ad manendum esse propensio-
 rem, quod plura in ea parte uerba fecerim, potest fieri,
 quod fit in multis quæstionibus, ut res uerbosior hæc
 fuerit, illa uerior. Quam ob rem maxima de re equo
animo deliberanti, ita mihi des consilium uelim. Na-
 uis et in Caieta est parata nobis, et Brundusij. Sed ecce
 nuntij scribente me hæc ipsa noctu in Calleno, ecce li-
 teræ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum
 firmo exercitu, et pugnare cupientem. non puto eti-
 am hoc Cn. nostrum commissurum, ut Domitium relin-
 quat, Et si Brundusium Scipionem cum cohortibus
 duabus præmiserat, legionem Fausto conscriptam in
 Siciliam sibi placere ab Coss duci scripserat, ad Coss.
 sed turpe Domitium erit deserere implorantem eius
 auxilium, et quædam spes mihi quidem non magna,
 sed in his locis firma. Afranium in Pyreneo cum Tre-
 bonio pugnassee, pulsum Trebonium, etiam Fabium
 tuum trāsisse cum cohortibus. summa autem, Afrani-
 um cum magnis copijs aduentare. Id si est, in Italia
 fortasse manebitur. Ego autem, cum esset incertum
 iter Cæsaris, quod uel ad Capuam, uel ad Luceriam
 iturus putabatur, Leptam ad Pompeium misi literas.
 ipse ne quò inciderem, reuerti Formias. Hæc te scire
 uolui, scripsiq; sedatiore animo, quàm proxime scripse-
 ram, nullum meum iudicium interponens, sed exqui-
 rens tuum. Vale.

generatio.

narratio

A voluntate
pompæi

A. rursus

L I B E R

M. T. CICERO DOLOBEL

LAE. COSS. S. A. 14. 18

et J. 9. 13.

e T si contentus eram mi Dolobella tua gloria,
 satisq; ex ea magnam letitiam, uoluptatemq;
 capiebam, tamen non possum non confiteri cumulari
 me maximo gaudio, quod ^{per se} uulgo hominum opinio so-
 cium me ascribat tuis laudibus. neminem conueni. con-
 uenio autem quotidie plurimos. Sunt enim permulti
 optimi uiri, qui uoletudinis causa ^{per se} in haec loca ueniunt,
 praeterea ex municipijs, frequentes necessarij mei qui
 omnes, cum te summis laudibus ad caelum extulerunt,
 mihi continuo maximas gratias agunt. Negant enim
 se dubitare, quin tu meis praecipis, et consilijs obtem-
 perans, praestantissimum te ciuem, et singularem Cos.
 praebas. Quibus ego, quanquam uerissime possum re-
 spondere te, quae facias tuo iudicio, et tua spote facere
 nec cuiusquam egere consilio, tamen neq; plane assen-
 tior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a meis con-
 silijs profecta uideatur, neq; ualde nego. Sum enim
 auidior etiam quam satis est gloriae, et tamen non alie-
 num est dignitate tua, quod ipsi Agamēnoni Regi Re-
 gum fuit honestum, aliquem in consilijs capiendis Ne-
 storem habere, mihi uero gloriosum te iuuenem Cos.
 florere laudibus, quasi alumnum disciplinae meae L. qui-
 dem Caesar, cum ad eum egrotum Neapolim uenis-
 sem,

Antiquity M. Antonij

sem,

sem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen ante, quam me planè salutauerat. O mi Cicero inquit, gratulor tibi cum tantum uales apud Dolobellam, quantum si ego apud Sororis ^{M. Anthoni} filium ualerem, iam salui esse possimus. Dolobella uero tuo, & gratulor, & gratias ago, quem quidem post te consulem, solum possum uere consulem dicere. Deinde multa de facto, ac de re gesta, tum nihil magnificentius, nihil praeclarius actum unquam, nihil reipub. salutarius testatus est. atq; hæc una uox omnium est. A te autem peto, ut me hanc, quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ, sinas cernere, meq; aliqua ex parte in societate tuarum laudum uenire patiare. quãquam mi Dolobella (hæc enim iocatus sum) libētius omneis meas, si modo sint aliquae meæ laudes, ad te transtulerim, quàm aliquam partem exhausserim ex tuis. nam cum te semper iātum dilexerim, quantū tu intelligere potuisti, tum ijs tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore mihi fuerit ardeius. Nihil est enim (mihi crede) uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis M. Brutum propter eius summum ingenium suauissimos mores, singularem probitatem, atq; constantiam, tamen idibus Martij, tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augēdi in eo, quod mihi iam pridem eumulatum etiam uidebatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid

f + accedere

L I B E R

accedere? Tantum accessit ut mihi nunc deniq; amaro
videar, ante dilexisse. Quare quid est, quod ego te hor-
ter, ut dignitati, & gloria seruias? Proponam tibi cla-
ros viros, quod facere solent, qui hortatur? Neminem
habeo clariorem, quam te ipsum. te imitare oportet, te
cum ipse certes, nec licet quidem tibi iam tantis rebus
gestis, non tui simile esse. Quod cum ita sit, hortatio, non
est necessaria, gratulatione magis utendum est. Conti-
git enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seue-
ritas animaduersionis, non modo non inuidiosa, sed eti-
am popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo
cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset
gratularer felicitati tuae, sed contigit magnitudine tum
animi, tum etiam ingenij, atq; consilij. Legi enim concio-
nem tuam, nihil illa sapientius. ita pedetentim tum ac-
cessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa ma-
turity tibi animaduertendi omnium consensu daret.
Liberasti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu.
Neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti,
sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes,
in te positam esse rempub. tibiq; non modo tuendos,
sed etiam ornandos illos viros, a quibus initium liber-
tatis profectum est. Sed his de rebus coram plura pro-
pediem, ut spero tu quoniam rempub. nosq; conser-
uas fac, ut diligentissime te ipsum mi Dolobella custo-
dias. Vale

M.T.

n Ostræ res meliori loco uidebantur. Scripta
 enim ad te certò scio, quæ gesta sunt, quales
 tibi sæpe scripsi Consules tales extiterunt. Cæsaris
 uero pueri mirifica indoles uirtutis, utinam tam fa-
 cile eum florentem & honoribus, & gratia regere,
 ac tenere possimus, quàm facile adhuc tenuimus. Est
 omnino illud difficilius, sed tamen non diffidimus.
 Persuasum est enim adolescenti, & maxime per me,
 eius opera nos esse saluos & certe, nisi is Antonium
 ab urbe auertisset, periissent omnia. Triduo uero,
 aut quatruiduo ante hanc rem pulcherrimam, timore
 quodam percussa ciuitas tota ad te secum coniugi-
 bus, & liberis effundebat, eadem ^{restituta} recreata ad XII.
 cal. Maij. te huc uenire, quam se ad te ire malebat,
 quo quidem die magnorum meorum laborum, mul-
 tarumq; uigiliarum fructum cœpi maximum, si mo-
 do est aliquis fructus ex solida, ueraq; gloria. Nam
 tantæ multitudinis, quantam capit urbs nostra, con-
 cursus est ad me factus, ea cum usq; in capitolium de-
 ductus maximo clamore, atq; plausu in rostris collo-
 catus sum. Nihil est in me inane, neq; enim debet. Sed
 tamen omnium ordinum consensus gratiarum actio,
 congratulatioq; me commouet propterea, quod po-
 pularem me esse in populi salute præclarum est. Sed
 f s hæc

LIBER

hæc te malo ab alijs audire, me uelim de tuis rebus,
 consilijsq; facias diligentissime certiozem. Illudq;
 consyderes, ne tua liberalitas dissolutior uideatur.
 Sic sentit Senatus, sic populus Romanus, nullos unq;
 hosteis digniores omni supplicio fuisse, quàm eos ci-
 ueis, qui hoc bello contra patriam arma cœperunt,
 quos quidem ego omnibus sententijs ulciscor. & per-
 sequor omnibus bonis approbantibus. Tu quid de
 hac re sentias tui iudicij est. Ego sic sentio trium fra-
 trum unam & eandem esse causam, Consules duos,
 bonos quidem, sed duntaxat bonos amissimus. Hirci-
 us quidem in ipsa uictoria occidit, cum paucis diebus
 magno prælio ante uicisset. Nam Pansa fugerat uul-
 neribus acceptis, quæ ferre non potuit. Reliquias ho-
 stium Brutus persequitur, & Cesar. Hostes autem om-
 nes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Ita-
 q; id senatusconsultum, pleriq; interpretantur etiã
 ad tuos, siue captiuos, siue dedititios pertinere. Equi-
 dem nihil differui durius, cum nominatim de C. An-
 tonio decernerem, quod ita statueram à te cognosce-
 re causam eius senatũ oportere. X. Calendarũ Maij.

M. BRVTVS. M. T. CICERONI

S. B. 4.

q Vanta sim letitia affectus cognitis rebus Bru-
 ti nostri, & consulum, facilius est tibi existi-
 mare, quam mihi scribere, cum alia laudo, & gaudeo
 occidisse,

accidisse, tum quod Bruti eruptio nō solum ipsi salu-
 taris fuit, sed etiā maximo ad uictoriam adiumento.
 Quod scribis triū Antoniorum unam, atq; eandem
 causam esse, quid ego sentiam, mei iudicij esse statuo
 nihil, nisi hoc, Senatus aut populi R. iudiciū esse de
 his ciuibus, qui pugnantes non interierint. Ad hoc
 ipsū inquires inique facis, qui hostilis animi in remp.
 homines ciueis appelles. imo iustissime. Quod enim
 non dum Senatus censuit nec populus R. iussit, id ar-
 roganter nō praeiudico, neq; reuoco ad arbitriū me-
 um. Illud quidem non muto, quod ei, quē me occidere
 res nō coegit, neq; crudeliter quicq; eripui, neq; dis-
 solute quicquā remisi habuiq; in mea potestate, quo
 ad bellum fuit, multo quidem honestius iudico, ma-
 gisq; quod concedere possit resp. miserorum fortunā
 non insectari, quā infinita tribuere potentibus, quae
 cupiditatem, & arrogantiam incēdere possint. Quae
 in re Cicero uir optime, ac fortissime, mihiq; merito
 & meo nomine, & reip. carissime nimis credere ui-
 deris spei tuae statimq; ut quisq; aliquid recte fecerit
 omnia dare, ac permittere, quasi non liceat traduci
 ad mala consilia corruptum largitionibus animum.
 Quae tua ē humanitas, aequo animo te moneri patie-
 ris, praesertim de cōmuni salute, facies tamen quod
 ubi uisum fuerit, etiam ego, cum me docueris. Nunc
 Cicero, nunc agendum est, ne frustra oppressum esse
 Antonius

Prudentia in Cicerone non desideratur sed modus
in tribuendis honoribus

LIBER

Antonium gauisi sumus, neu semper primi cuiusque
mali excidendi causa sit, ut aliud renascatur illo
peius. Nihil iam neque opinantibus, aut patientibus
nobis aduersi euenire potest. In quo non cum omnium
culpa, tum praecipue tua futura sit, cuius tantam au-
thoritatem Senatus, ac populus R. non solum esse pa-
titur, sed etiam cupit quanta maxime in libera ciui-
tate unius esse potest, quam tu non solum bene senti-
endo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia por-
ro, quae tibi superest, nulla abs te desideratur, nisi mo-
dus in tribuendis honoribus. Alia omnia sic abunde
adsunt, ut cum quolibet antiquorum comparari pos-
sint tuae uirtutes. Vnum hoc grato animo, liberalique
profectum cautiolem ac moderatiolem liberalita-
tem desiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare de-
bet, quod male cogitantibus exemplo, aut praesidio
sit. Itaque timeo de consulatu, ne Caesar tuus altius se
ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si Consul
factus sit, descensurum. Quod si Antonius ab alio re-
lictum regni instrumentum occasionem regnandi ha-
buit, quo nam animo fore putas, si quis authore non
tyranno interfecto, sed ipso Senatu putat se imperia
quaelibet concupiscere posse? Quare tum et facili-
tatem et prouidentiam laudabo tuam, cum explora-
tum habere coepero Caesarem honoribus, quos acce-
perit, extraordinarijs, fore contentum. Aliene igitur
inquies

Cicero cum
quolibet Anti-
quorum compara-
tus.

Nihil enim
dandum quod
male cogitantibus
exemplo
aut praesidio sit
A consequentibus
Subsidium ad
aliquid agendum

Conclusio

Semper primi cuiusque mali excidendi causa
est. Ut aliud renascatur illo peius.

inquier, culpæ mereum facies? prorsus alienæ, si
 prouideri potuit ne existeret. quod utinam inspecta-
 re possis timorem de illo meum. His literis scriptis,
 te consulem factum audiui. Tum uero incipiam
 proponere mihi rem iustam. Et iam suis nitentem
 uiribus, si istuc uidero. Filius ualet, et in Macedoni-
 am cum equitatu præmissus est. Idibus Maijs ex ca-
 stris.

M. T. ET C. ET Q. TIRONI S. P. D. 16. 9.

n. Os à te, ut scis, discessimus ad quartum nonas
 Nouemb. Leucadem uenimus ad octauū Idus
 Nouemb. ad septimum Actum ibi propter tempesta-
 tem ad sextum Idus morati sumus. Inde ad quintum
 Idus Corcyram bellissime nauigauimus, Corcyre fui-
 mus usq; ad decimum sextum Cal. Decemb. tempesta-
 tibus retenti, ad xij. Cal. Decemb. in portum Corcy-
 ræorum, ad Cassodem stadia cxx. processimus. Ibi re-
 tenti uentis fuimus usq; ad nonum Cal. Interea qui cu-
 pide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. nos
 eo die cœnati soluimus. Inde austro lenissimo, cœlo
 sereno, nocte illa, et die postero in Italiam ad Hy-
 druntem ludibundi peruenimus, eodemq; uento po-
 stridie, id erat ad septimum Cal. Decemb. hora quar-
 ta Brundisium uenimus, eodemq; tempore simul no-
 biscum in oppidum introijt Terentia, quæ te fecit
 plurimi.

Descriptio
 Itineris.

L I B E R

plurimi. Ad quintū²⁸ Cal. Decembris seruus Cn. Planā
 ci Brundusij tandem aliquando mihi à te expectatissimas
 literas reddidit, datas¹³ Idibus No. quæ me molestia
 ualde leuarunt, utinam omnino liberassent. Sed tamen
 Asclapo medicus planè confirmat propediem te ualentem fore.
 Nunc quidē ego te hortor, ut omnē diligentiam adhibeas
 ad conualescendum, tuam prudentiam, temperantiam, amorem
 erga me noui. Scio te omnia facturum, ut nobiscum quāprimum
 sis. Sed tamen ita uelim, ut nequid properes. Symphoniam
 Lysonis uelim uitasses, ne in quartam hebdomadam incideres.
 Sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm ualetudini,
 reliqua cura. Curio misit, ut medico honos haberetur,
 et tibi daret, quod opus esset, me cui iussisset, curaturum,
 Equum, et mulum Brundusij tibi relinqui. Romæ uereor
 ne ex Cal. Ianuarij magni tumultus sint. Nos agemus
 omnia modice. Reliquum est, ut te hoc rogem, et à te petam,
 ne temere nauiges. Solent nautæ festinare questus sui causa.
 Cautus sis mi Tiro. Mare magnum, et difficile tibi restat.
 Si poteris cum Mescinio, caute is solet nauigare. Si minus
 cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius
 moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque
 nobis incolumen præstiteris, omnia à te habebo. Etiam atque
 etiam noster Tiro uale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi
 diligentissime. Vale. Saluè.

Nautæ questus sui causa festinare solent

argentum Silber
Bücherei
Naute

ARGENTORATI EX AEDIBVS

Vuendelini Rihelij Anno millesimo quin-
gentesimo tricesimo nono.

Mense Februario

[Handwritten signature]



Quanam insania e querere
mortem et amittere vitam
querere aurum et amittere
Coelum inquit August.

Nam nisi intus sit qui doceat
et in vanum lingua dixerit
his laborat

Quanam insania est querere mor-
tem et amittere vitam
querere aurum et amittere coelum

J. J. Stomeyer

αρχιπ ex ipse dicitur
 m hoi a wo θαδαζομενος. vel op ^{quae} ⁱⁿ ^{nomi} ^{nata}
 λιμωσ. ⁱⁿ ^{nomi} ^{nata}
 Principia primam
 qui sunt

Mecher Michael ist. in
 inter alle indit. ⁱⁿ ^{nomi} ^{nata}
 bis m m h i m a h i m

gustaty
 particula
 sequenti addo cant

Amore Dei officium in gustu
 et laqueula hominem.

79L 1054
 X2208801

... ⁱⁿ ^{nomi} ^{nata} ...





B.I.G.

Farbkarte #13

Μεταφορα Δυντοιο Δυσουχια αυδαίρετορ
Amentia hominibus spontaneum est infortunium

M. T. CICE

RONIS EPISTO

larum libri tres, à Ioanne

Sturmio puerili educatio-
ni confecti.



ARGENTORATI IN AEDIBVS
Vendelini Ribelij. M. D. XXXIX.

Ide se profecisse sciat, cui cicero valde
placet. Fabius lib. x

